

Elegantes variorum Virgilio-Ovidio centones. (Probae Falconiae ... centones ... Ovidio-cento ... / F. Polae ... Ejusdem ... Virgilio-cento ... Virgilio-cento. B. Bruschi ... Ludus in seculi amorem inimicum amori divino C. Scribanii).

Contributors

Virgil.
Polae, F. Probae Falconiae.
Bruschi, B.

Publication/Creation

Munich : A. Bergia for R. Sadeler, 1617.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/f2vwztyr>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





ELEGANTES
VARIORVM
VIRGILIO-OVIDIO
CENTONES
DE
OPIFICIO MVNDI,
CHRISTO DEO,
DEIQUE MATRE,
SS. FRANCISCO ET CAR.
BORROMAEO.

CLO. I.C. XVII.



POETICA

IVINANS

A
RAPHAELE
SADELERO
*imaginibus exornati,
et venum propositi.*
MONACI.



ELEGANTES

МУРОИЯУ

ARCHITECTURE

CENTIMES

Digitized by Google

CHRISTO DIO

DELOEILLE MATE

LITERATUR

MONOM

PROBÆ
HALCONIÆ
FOEMINÆ CLARISS.
CENTONES.

DE DIVA DEIPARA LAV.
RETANA.

VIDIO - CENTO. EX LIB. ME.
AMORPH. FR. POLA. VERO.
MENS. IURISC. CONCINNANTE.

Eiusdem

DE DIVO FRANCISCO
VIRGILIO - CENTO.

DE

IVO CAROLO. PONT. MED.
VIRGILIO - CENTO.

ERNARDI BRVSCHI
VERON. CAN. REG. LAT.

LVDVS


IN

CVLI AMOREM INIMICVM
AMORI DIVINO.

CAROLI SCRIBANI
E SOCIETATE JESY.

IN CENTONES. VI
GILIANOS.

CVM se se Andino iactantem Cyprida Vate
Vidit cum Nato qua regit astra suo;
Ecquis ait nostrum dabit isto Carmine Natum?
Aut hoc aut nullo debet hic ore cani.
Aeneamne suum legat illo in Carmine Cyprus?
Et mens in versu sordidiore fluet?
Ite agite, & vestrum Musæ reuocate Maronem
Ut mens hoc ipso Filius ore sonet.
Dixit & Elysij iterum Maro surgit ab oris,
Et canit ad iussus, maxima Virgo, tuos.



MODVM RE-
ONES VERENDO ET RELI-
GIOSSIMO DOMINO
SIGISMVNDO.

O NOBILE, VETVS-
VM CELEBRE QVE D. AV-
VSTINI CANONICORVM CON-
TVBERNIVM SEON PRÆ-
SVLI AMPLISSIMO.

 Pima ex Ægypto fero spolia,
Amplissime Præsul, quibus prisca
& Christiana, numen inquam
ipsum, numinisque Christi
ανθεώπης Θεοτόκη, Diuōsque celebramus.
Extracta vestis est non è lana soloce, vel
ondromidis villis, vel decote lacerna, vel
nnucia consuta, sed veluti è vario serico
olympita gemmis & auro distincta. Quæ
aro quondam Vatum princeps, de pro-
nis seu numinibus seu nominibus cecinit;
Naso ingenij laude etiam Marone felicior
in fabulas & transmutationum prodigiis
contulit, hæc Christiana industria divi-

nam apum imitata ſolertiam, delibati-
dique Poëtarum nobilissimorum verſi-
ad cultum & venerationem Dei cœlitum
accommodauit, perinde ac si diuinus
cæli Spiritus vates olim paganos afflat-
ut ignari tanquam Sibyllæ canerent, c.
mutatis nominib^o, verius noſtris religio-
bus quam illorum ſuperitionibus con-
nirent. Legūtur hodie Homero - Vergili-
Ovidio - Cētones ad Dei Divorūq; præ-
tadicta, facta, laudes trāſlati, quoruſ origo
est antiqua ut ipſa antiquitate cōditores
rum principes antiquiores fuiffe videāt
certè nomina vetuſtas obruit, quoruſ ſi
nomine Tertullianus, Irenæus, Hieronimus
fecere mentionem. E cæteris Chriſtianis
vetuſtiores Eudocia Augusta Thedosij
minoris coniunx, & proba Falco
laudantur, quarum illa Homerum, hi
Vergilium Christianè loqui docuit. In-
cuta noſtris est temporibus & noſtro
ximè ſeculo ingens ſcriptorum turba, q.
id genus carminis magna ſæpe ingenij fe-
citate in alias formas & argumenta ſeu Caſarum
ſeu lemmatum aliorum tranſtul-
runt, qui Falconiam etiam ab Gelasio P.M.
parum laudatam ſuperarunt, de quib

hoc loco copiosius non dispuo, ne mi-
llud Comici obiectes:

Quin tu alium queras, cui Centones farcias.

Religio tua tuumque politum & elegas
ingenium fecit, ut ex multis Centonum
iliadibus hos paucos, pios, & ingenio-
s transcriberem, & iconibus illustratos
mini tuo inscriberem, quam operam ti-
meam si gratam cognoro, maiora exspe-
abis: Maximis est dignus qui minima non
ternit. Monaci Calendis Septembbris

1500. 150. XVII.

Nominis tui studiosissimus
& obseruantissimus.

R A P H A E L S A D E L E R
Sereniss. Boiorum Prin-
cipis Chalcographus.

PROBAE FAI CONIÆ FOEMINÆ CLARISS. CENTONES,

hoc est,

Carmen ex diuersis Virgilii versibus & F
misticis consarcinatum, continens
descriptionem veteris & no-
ui testamenti.

AM dudum temerasse duces pia fœ
ra pacis,
Regnandi miseros tenuit quos dira c
rido,

Diuersasq; neces regum, crudelia bella,
Cognatasq; acies pollutas cædo parentum
Insignes clypeos, nulloq; ex hoste trophæa,
Sanguine conspersos tulerat quos fama triumphos,
Innumeris toties viduatas ciuibus urbes
Conficeor scripsi, satis est meminisse malorum.

Nunc Deus omnipotens, sacrū precor accipe carm
Aeternumq; tui septemplicis ora resolute
Spiritus, atque mei resera penetralia cordis,
Arcana ut possim vatiz proba cuncta referre.
Non nunc am'rosium cura est mihi querere necta
Nec libet aonio de vertice ducere Musas.

mihi saxa loqui vanus persuadeat horror,
 iugerosq; sequi tripodas, & inania vota,
 entesq; deas procerum, victosq; penates:
 us enim labor est verbis extendere famam,
 ne hominum studijs paruam disquirere laude.
 astalio sed fonte madens imitata beatos,
 sitiens hausi sanctæ libamina pacis
 e canere incipiam, præsens Deus erige mentem.
 ilium cecinisse loquar pia munera Christi
 nulli obscuram, repetensq; ab origine pandam,
 ua fides animum, si veros fusâ per artus
 agitat molem, & toto se corpore miscet
 ritus, & quantum non noxia corpora tardant,
 reniq; hebetant artus, moribundaq; membra.


Deprecatio ad Deum.

O pater, ô hominum, rerumq; æterna potestas
 facilem cursum, atq; animis illabere nostris,
 q; ades, incepsumq; vna decurre laborem
 ate patris summi, vigor & cœlestis origo,
 uem primi colimus, meritosq; nouamus honores
 noua progenies, omnis quam credidit ætas,
 unera vera cano, satis est potuisse videri.
 m pridem memini veterum monumenta virorum
 museum ante omnes totum cecinisse per orbem
 uæ sint, quæ fuerint, & quæ ventura trahantur
 mnia ut ipse tener mundi concreuerit orbis.

A 5 Felix

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
 Unde hominum, pecudumq; genus, vitaq; volan.
 Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore ponti
 Et si quid simul ignis habet, vel mobilis humor,
 Haud aliter prima crescentis origine mundi
 Illuxisse dies, aliūm ve habuisse tenorem
 Crediderim, maior rerum mihi nascitur ordo
 Si qua fidem, tanta est operi latura vetustas.
 Namq; (fatebor enim) leuum spectacula rerum
 Semper equos, atq; arma virūm, pugnasq; canebat
 Et studio incassum nolui exercere laborem
 Omnia tentanti potior sententia visa est
 Pandere res altas terra & caligine mersas.
 Inq; dies, aliquid iam dudum inuadere magnum
 Mens agitat, mihi nec placida contenta quiete est
 Ore fauete omnes, lētasq; aduertite mentes
 Matres, atque viri, pueri, innuptæq; puella.

፩፪፪፪
 ፩፪፪፪፪፪፪፪፪፪፪፪፪፪
 ፩፪፪፪፪፪፪፪፪፪፪፪፪
 ፩፪፪



Quam bene tectus hic est, quem velat gloria cœli:

Quam male tectus hic est, qui sine veste rubet.

Raph. Sadeler exc:

De



De creatione mundi.

PRINCIPIO cælum, ac terras, cam-
posq; liquentes,
Placetemq; globum lunæ, solisq; labores
ipse pater statuit. vos o clarissima mundi
mina, labentem cælo quæ ducitis annum.
cum neq; erant astrorum ignes, nec lucidus æther,
d nox atra polum bigis sub nocte tenebat
chaos in præceps tantum tendebat ad umbras,
uantus ad æthereum cæli suspectus olympum.

De diuisione lucis à tenebris.

Tunc pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
sera dimovit tenebrosum, & dispulit umbras,
et medium luci atq; umbris iam diuidit orbem
hydera cuncta notat, tacito labentia cælo
tentos voluens oculos qua parte calores
tusonios tulerat, quæ terga obuerterit axi,
bliquis qua se signorum verterit ordo.

De quatuor temporibus anni.

Postquam cuncta videt cælo constare sereno
omnipotens, stellis numeros & nomina fecit,
temporibusq; parem diuersis quattuor annum
festusq; & pluias, & agentes frigora ventos.
Atque hac ut certis possemus discere signis

Vere

Veretum timent terræ, & genitalia semina poscunt,
 Ac medio tostas æstu terit area fruges,
 Et varios ponit fœtus autumnus, & atra
 Venit hyems, teritur sitionia bacca trapetis,
 Ac que in se sua per vestigia voluitur annus.
 Tempore iam ex illo fœcundis imbribus æther
 Magnus alit, magno commissus tempore fœtus.

Dies primus.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
 Ducebatq; diem stellis aurora fugatis
 Tunc durare solum, & discludere nerea ponte
 Incipit, & rerum paulatim sumere formas,
 Et variae pelagi facies, immania cete
 Aequora verrebant caudis, æstumq; secabant,
 Nec non & vasti circuibant aequora ponti
 Iam sole infuso, iam rebus luce reiectis
 Exultans, roremd simul dispargit amarum.

Dies secundus.

Postera iamq; dies primo surgebat eoo,
 Fudit humus flores, & frondes explicat omnes,
 Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis,
 Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.

Dies tertius.

Tertia lux gelidam cælo dimouerat umbram.

Anii

at tunc resonant auibus virgulta sonoris,
quidas corui presso dant guttere voces,
gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

Dies quartus.

uarto terra die variarum monstra ferarum,
igenumq; pecus, nullo custode per herbam
sit syluis, subito mirabile visu.

demum mouet arma leo, tunc pessima tigris
mosusq; draco, & fulua ceruice leæna
are, ac formæ magnorum vultare luperum.
ara pascuntur virides armenta per agros,
gregibus liquidi fontes, nec gramina defunt;

Dies quintus & sextus.

imq; dies, alterq; dies processit, & omne
virtutis opus diuinæ mentis & artis
piciens genitor perfectis ordine rebus
leti mentem nequit, ardescitq; tuendo
caruin, tractusq; maris, cœlumq; profundum
tuum, pecudumq; genus, secumq; volutas
mare, qui terras, omni ditione tenerent
segnes iaceant terræ, iuvat usque morari.

De formatione primi hominis.

Talia versanti subito sententia sedet,
sic emq; trahit limum, fingitq; premendo

Pinguie

Pingue solum primis extemplo à mensibus annis
 Iamq; improviso tantæ pietatis imago
 Processit noua forma viri pulcherrima rerum
 Os humerosq; deo similis, cui mentem, animum
 Maior agit deus, atq; opera ad maiora remittit

De formatione Eux.

Quæritur hinc alius, nec quisq; ex agmine tan
 Audet adire virum, sociusq; in regna vocari.
 Haud mora continuo, placidam per membra qu
 Dat iuueni, & dulci declinat lumina somno.
 Atque illi medio in spacio iam noctis opacæ
 Omnipotens genitor costas & viscera nudat,
 Harum unam iuueni laterum compagibus arde
 Eripuit, subitoq; oritur mirabile donum,
 Argumentum ingens clara cum luce refulgit
 Insignis facies, & pulchro pectore virgo
 Iam matura viro, iam plenis nubilis annis,
 Olli somnum ingens rupit pavor, ossaq; & artus
 Coniugium vocat, & stapefactus numine pressu
 Excepitq; manu, dextramq; amplexus adhaesit.

Deum protoplastum & Euani bene-
 dixisse.

His demum exactis torquet qui sydera mundi
 Insit eo dicente premit placida æquora pontus,
 Et tremefacta solo est tellus, silet ardus æther.

ite felices interq; virentia culta
 cunacorum nemorum, sedesq; beatas.
 e domus, hæc patria est, requies ea certa laborū.
 ego nec metas rerum, nec tempora pono.
 verium sine fine dedi, multosq; per annos
 irastrum patietur humus nec vinea falcem.
 genus immortale manet, nec tarda senectus
 militat vires animi, mutatq; vigorem.

Quid prohibitum primis parentibus.

Vos contra quæ dicam animis aduertite vestris.
 medioramos, annosq; brachia tendens
 in conspectu ramis felicibus arbor,
 am, neq; fas igni cuiquam, nec sternere ferro,
 ligione sacra, nunquam concessa moueri.
 c quicunque sacros decerpserit arbore fætus,
 arte luet merita, nec me sententia verit,
 et tibi iam prudens quisquam persuadeat author
 nmaculare manus, liceat te voce moueri
 mina, nec te ullius violentia vincat,
 e digna manet diuini gloria iuris.

De delitijs paradisi.

Postquam cuncta pater, cæli cui sydera parentē
 nposuit, legesq; dedit, camposq; nitentes
 super ostentat, tantarum gloria rerum.
 se autem primi sub lumine solis ex ortus

Deuenèrè locos, ubi mollis amarus illus
 Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra.
 Hic ver purpureum, atque alienis mensibus aesta
 Hic liquidis fontes, hic cœli tempore certo
 Dulcia mella premunt, hic candida populus antr.
 Imminet, & leniæ texunt umbracula vites.
 Inuitant croceis ad laudes floribus orti
 Inter odoratum lauri nemus, ipsaq; tellus
 Omnia liberine nullo poscente ferebat.
 Fortunati ambo si mens non leua fuisset
 Coniugis infandæ, docuit post exitus ingens.

Tentatio per Serpentem.

Iamq; dies infanda aderat per florea rura,
 Ecce inimicus atrox immensis orbibus anguis
 Septem ingens gyros, septena volumina versat
 Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli
 Obliqua insidia ramo frondente pependit
 Vipeream inspirans animam, cui tristia bella
 Iræq;, inuidiæq;, & noxia crimina cordi.
 Odit & ipse pater tot sese vertit in ora
 Arrectisq; horret squamis, & nequid inausum;
 Aut intentatum, scelerisue, dolue relinquat,
 Sic prior aggreditur dictis, seq; obculit ultro.

Dic aut, o virgo lucis habitamus opacis,
 Riparumq; toros, & prata recentia riuis
 Incolumis, quæ tanta animis ignavia venit?

Strat

rata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.
 cula sunt liquidi fontes cœlestia dona
 ut rectare nefas, id rebus defuit unum.
 quis prohibet causas penitus tentare latentes?
 ina supersticio, rerum pars altera adempta est
 inditio, mea si non irrita dicta putares
 luthor ero audendi sacrata resoluere iura.
 coniunx tibi fas est animum tentare precando.
 ux ego vester ero, tua sit mihi certa voluntas.
 xtrumusq; toros, dapibusq; epulamur opimis.

Eua seducta seducit virum.

Sic ait, & dicto citius, quod lege tenetur
 ubiq; ciunt epulis oculi, venerabile lignum
 istituuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant.

Præcipue insistit pesti deuota futurae
 firaturq; nouas frondes, nec non sua poma.
 ausa mali tanti summotenus attigit ore
 tainus adorsa nefas, maioremq; orsa furorem.
 Ieu misero coniunx aliena ex arbore germen
 bijicit, atque animum subita dulcedine mouit.

Vident se nudos, & faciunt sibi peri-
zomata.

Conciuò noua lux oculis effusit, At illi,
 errerunt visu subito, nec plura morati
 corpora sub ramis obiectu frondis inumbrant

Consertum tegmen, nec spes opis nulla dabatur.
 At non hæc nullis hominum, sator, atque deorum
 Observans oculis, cædes & facta tyranni
 Præsensit, votumq; ferens quid fæmina possit
 Continuò inuadit, procul, o procul este profani
 Conclamat cœlum, ac terras qui numine firmat.

Adam abscondisse se.

Atq; illi longe gradientem, & dira frementem
 Ut videre, metu versi, retroq; ruentes
 Diffugiunt, silvasq; & sicubi concaua furtim
 Saxa petunt, piget incœpti, lucemq; nec auræ
 Respiciunt, tædet cœli conuexa tueri.

Increpat Adam Dominus.

Nec longū in medio tempus, cum creber ad aurum
 Visus adesse pedum sonitus, genitorq; per umbram
 Talibus affatur dictis, atque increpat ulro.
 Infelix quæ tanta animum dementia cepit?
 Quis furor ille nouus, quò nunc? quò tenditis in quo
 Regnorum immemores, quæ mentem insanis mutatis?
 Dicite: quæ lucis miseris tam dira cupido?
 Maturate fugam, toteq; absistite luco,
 Nec renocate gradum, si quando aduersa vocârint
 Est licitum, flammis anibit torrentibus amnis
 Per medium stridens, torquentq; sonantia saxa,
 Attollitq; globos flamarum, & sydera lambit.

Adam

Adam se excusat.

Ue sub hæc, tua me genitor, tua tristis imago
 posuere locis, merui, nec deprecor inquit
 ripotens, sonitumq; pedum, vocemq; tremisco
 scius audacis facti, monitiq; sinistri
 nina fert tristes succos, tardumq; saporem.
 dolos, dirumq; nefas sub pectore versans
 intem infando indicio, moritura puella
 m furit incantum crudeli morte peremit.
 sit enim scis ipse, nec est te fallere cuiquam,
 vidi, ut perij, ut me malus abstulit error,
 uitigimusq; manu quod non sua seminat arbos.

Maledictum Serpenti.

Tunc pater omnipotens solio se misit ab alto,
 scipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta,
 q; prior scelere ante alios immanior omnes,
 uem nec longa dies, pietas nec mitigat ulla.
 Tortator scelerum coluber mala gramina pascet
 vesidia, latamq; trahes inglorius aluum;
 ede locis, nullus hominum cogentibus, ipse
 encus ubi argilla, dumosis calculus aruis.

Maledictum Adam.

At tibi pro scelere exclamat pro talibus aufis,
 omne auum ferro teritur, primusq; per artem

Heu miserande puer, terram insectabere rastris,
 Et sonitu terribis aves, horrebit in aruis
 Carduus & spinis surget paluirus acutis,
 Lappaqz, tribuliqz, & fallax herba veneni.
 At si triticeam in messem, robustaqz farra
 Exercebis humum, frustra expectabis acerum,
 Concussaqz famem in siluis solabere queru.
 Insuper his subeunt morbi, tristisqz senectus.
 Et labor, & diræ rapit inclemencia mortis.

Maledictam Euam.

Hec tibi semper erunt, tuqz o saeuissima coniunx
 Non ignara mali caput & noua causa malorum,
 Magna lues commissa tibi, heu perdita nescis,
 Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis.
 Nunc morere, ut merita es, quod tota mente petisti.
 Nec mea iam mutata loco sententia cedit,

Expulso Adam & Euam è paradiſo.

At iuuenem primum saeuus circumstetit horror
 Diriguere oculi, nec se celare tenebris
 Amplius, aut notas audire, & reddere voces.
 Haud mora festinant rapidis, iussiqz feruntur
 Passibus, & paritur gressi per opaca viarum
 Corripiunt spatiū medium, lumenqz relinquunt
 Flentes, & paribus curis vestigia figunt.
 Tum victum in siluis baccas, lapidosaqz corna

Dami

strami, & vulsis pascunt radicibus herbae.

Euam peperisse duos filios.

nterea magnum sol circumvoluitur annum
tri longa decem tulerant fastidia menses.
le homines nati, durum genus, inde per artem
ud herbæ campo apparent, aut arbore frondes,
nouos soles audent se gramina tuto
dere, & in lentis vnam dimittere ramis
lituunt, vdoq; docent inolescere succo.

Abel à fratre occiditur.

Tunc gemini fratres adolescent dum altariatedis
lcer & alterius prælato inuidit honori,
orresco referens consanguinitate propinquum
occipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras
nguine fædantem quos ipse sacrauerat ignes.

Post occisum Abel Deus irascitur hu-
mano generi,

Tunc genitor, virus serpentibus addidit atris,
sella q; decus sit folijs, ignemq; remouit,
rædariq; lupos iussit, pontumq; moueri.
Et passim riuis currentia vina repressit,
Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Effet rubigo, & victum seges ægra negaret.
Tanc laqueis capare feras, & fallere visco,

Inuentum, & duris urgens in rebus egestas,
 Mouit agros curis acuens mortalia corda.
 Deterior donec paulatim decolor etas
 Ferrea progenies durum caput extulit aruis,
 Et belli rabies, & amor successit habendi
 Iusticia excedens terris vestigia fecit.
 Nec longum in medio tempus, furor, iraqꝫ mentem
 Præcipitant, gaudent perfusi sanguine fratrum.
 Condit opes alius defossoꝫ incubat auro,
 Nec doluit miserans inopem, dextramqꝫ tetendit.

De Diluuio.

Tunc pater omnipotens, grauiter commotus ab a
 Aethere se mittit, tellurem & fundit in undas
 Diluuium mittens, cœlumqꝫ in tartara soluit.
 Sternit agros, sternit satalæti, boumqꝫ labores
 Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt
 Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum


Noë seruatur.

Tum pietate grauem, ac meritis, mirabile dictu
 Qui fuit in terris, & seruantissimus æqui
 Eripuit leto, tantis surgentibus undis,
 Vi genus unde nouæ stirpis reuocaret, haberet.

Post diluuium Deus legem dat hominibus
 Iudæi bello agitantur.

Dilu-

iluuio ex illo, patribus dat iura vocatis
potens, magnisq; agitat sub legibus æuum,
memorē infandas cædes? quid facta tyrannii?
iaq; humanis precibus mansuescere corda?
ptum, viresq; orientis, & ultima bella,
nanimosq; duces, totasq; ex ordine gentes,
cursu deserta petiuerit, & tribus, & gens.
na virum meriti tanti non immemor unquā,
que sacerdotes adsint altaria iuxta,
q; pī vates pro libertate ruebant.
bello exciti reges, quæ littore rubro
plerint campos acies, quibus arserit armis
genus egregium magno inflammante furore
men agens equitum, & florentes ære cateruas
era facta patrum, pugnataq; in ordine bella
etereo, atq; alijs post me memoranda relinqu.



Centones
T 23
TAN

DE NOVO TESTAMENTO, ET DE SALVATORIS NATIVITATE.


NVNC ad te, & tua magne pater con-
ta reuertor.

Mainus opus moueo vatuum prædicta
orum

Aggredior, quamvis angusti terminus eui
Accipiat, tentanda via est, qua me quoq; possim
Tollere humo, & nomen fama tot ferre per annos.
Quòd tua progenies cœlo descendit ab alto,
Attulit & nobis aliquando opeantibus etas
Auxilium, aduentumq; dei, cum fœmina primi
Virginis os, habitumq; gerens mirabile dictu
Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edit.
Sed quia terrifica cecinerunt omnia vates
Aduentare virum populis, terrisq; superbum
Semine ab æthereo, qui viribus occupet orbem,
Imperium oceano, famam qui terminet astris.

De nativitate Iesu Christi.

Iamq; aderat promissa dies, quo tempore primu
Extulit os sacrum, diuinæ stirpis imago
Missa sub imperio, venitq; in corpore virtus
Mista Deo, subiecta cari genitoris imago.



Raph. Sadeler.

O quoties fatuo pie CHRISTE renasceris Orbi;
Desistit fatuus nec tamen illo mori.

De

Centone

Destellis

lum, contraria
am ducem manu

et Deum prope

am cursum lati

am manifesta

curvatus, et Cor

et quid dent de

Meruifie Herod

et regem

meruas, magis

animis p

durumq; ne

metu ex

centus, fuit

et ambo

Herodes in

rex suorum

mittit subet

meruens, p

seus ut m

et man

is exultat

et ambo

De stella & Magis.

quid mora, continuo cæli regione serena
 facem ducens magna cum luce refulsi.
 uere Deum proceres, cuncti q̄, repente
 eribus cumulant, & sanctum sydus adorant;
 verò manifesta fides, clarumq̄ paternæ
 en virtutis, & Christi agnoscere vultum
 ant, & quæ dent diuini signa decoris.

Metuisse Herodem nato Christo.

rotinus ad regem magno clamore furentum
 volat, magnasq̄ acuit rumoribus iras,
 unditq̄ animum, matrisq̄ allabitur aures,
 olos, dirumq̄ nefas hand in scia rerum
 sensit, metusq̄ excepit prima futuros.
 scia venturi, furtim mandarat alendum,
 curæ ambiguæ, dum mens exæstuat ira.

Herodes iubet occidi infantes.

It rex sollicitus stirpem, & genus omne futurū
 ipitare iubet, subiectisq̄ vrere flammis
 ta mouens, mittitq̄ viros qui certa reportent.
 d secus ut iussi faciunt, rapidi q̄ feruntur
 ibus, & magnis urbem terroribus implens.
 inuò audite voces, vagitus & ingens,
 ntumq̄ animæ flentes ante ora parentum

Corpora naterum sternuntur limine primo.

Fugit Virgo cum filio in Ægyptum.

*At mater gemitu non frustra exterrita tan
ipsa manu præse portans, turbante tumultu
Infantem fugiens plena ad præsepia tendit.
Hic natum angusti subter fastigia tecti
Nucribat teneris immulgens ubera labris.
Hæc tibi prima puer fundent cunabula flores,
Mixtâq; ridenti passim cum bacchare tellus
Molli paulatim colocasia fundet acantho.*

*Christus disputat in templo in me-
dio seniorum.*

*Et iam finis erat, perfecto temporis orbe,
Ut primum cessit furor, & rabida ora quierunt
Ante annos animum gestans cœlestis origo.*

Mirantur omnes Christum.

*Per medias urbes graditur, populosq; propinquos
illum omnis tectis, agrisq; effusa iuuentus
Attowitis inhians animis prospectat eum item,
Turbaq; miratur matrum quis spiritus illi,
Quis vulnus, vocisue sonus, vel gressus eunti est,*

Testimonium Ioannis de Christo.

Continuò vates, nanque hic certissimus autho-

Centones.

31

ocul à gelido secretum flummine vidit,
nus ait Deus ecce Deus, cui maxima rerum,
rumq; fides, tu non eris alter ab illo
nate puer, cœli cui sydera parent.
uidem ducebam animo, rebarq; futurum
estate venis, spes & solatia nostri.

Iustus baptizatur à Ioanne, & Spiritus
sanctus descendit de cœlo.

tæc ubi dicta dedit fluuiò versare salubri
cepit venientem, ac mollibus extulit undis
litantq; vada, & subito commota columba
solaiatq; super caput astigit, inde repente
vit iter liquidum, celeres quoq; commouet alas.

Multos baptizat cum Christo.

Huc omnis turba ad ripas confusa ruebat,
atim largos humeris infundere rores.

Vox de cœlo audita est, hic est &c.

unc genitor natum dictis compellat amicu.
e meæ vires, mea magna potentia solus,
ræ dulce decus magnum redire parenti.
e principium, tibi desinit, accipe testor
ea progenies, quæ sol utrunque recurrens,

Aspicie

*Aſpicit oceanum, perfecto latus honore
 Omnia ſub pedibus vertiqꝫ, regiꝫ videbis.
 Tu regere imperio populos, matresqꝫ, virosqꝫ
 Iam pridem reſides animos, deſuetaqꝫ corda,
 Ignarosqꝫ viæ mecum miſeratus inerter
 Aggredere, & votis iam nunc aſſueſce vocari.
 Dixerat, ille patris magni parere parabat
 Imperijs, instans operi, regniqꝫ futuris.
 Heu pietas, heu priſca fides, quas dicere grates
 Incipiam, ſi parua licet componere magnis.
 Nec mihi iam patriam antiquam ſpes uilla vide
 Nec ſpes libertatis erat, nec cura ſalutis.*

Omnia rident, adueniente Domino.

*Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti,
 Concretam exemit labem, purumqꝫ reliquit
 Aethereum ſenſum, meqꝫ in mea regna remiſit.
 Illum ego per flamas agerem ſi Syrtibus exul
 Per varios caſus, per mille ſequentia tela,
 Quo res cunqꝫ cadant, unum pro munere tanto,
 Exequerer, ſtruueremqꝫ ſuis altaria donis.
 Huius in aduentu tantarum munera laudum
 Ipsi lætitia voces ad sydera iactant.*

Tentatur Christus.

*Intonſi montes, reſpondent omnia valles.
 Tempore non aliо magnum eſt memorabile nomen
 Serpentis*

ventis furiale malum meminisse necesse est.
 sus quin etiam, fama est obscurior annis
 petulare virum, & veniendi poscere causas,
 c ubi tendentem aduersum per gramina vidit,
 litit, infremuitq; ferox, dictuq; potentem
 ius ac serpens affatur voce superba
 ne te facies? verus mihi nuncius affers?
 genus? unde domo? qui nostra ad limina tēdis?
 age quid venias? nam te dare iura loquuntur,
 quis te iuuenum, confidentissime nostras
 t adire domos? paciūq; imponere morem?
 equidem inuideo, miror magis, accipe porro
 dubitem, & quæ nūc animo sententia surgit.
 omus alta, voca Zephyros, & labere pennis
 tua recta petens ausus te credere cælo,
 odo quem memoras pater est, cui sydera parenta

Christus Diabolum alloquitur.

illi subridens sedato pectore fatur,
 ad vatum ignarus, venturiq; inscius cui
 simulare etiam sperasti perfide serpens,
 dubites, nam vera vides, optataq; pennis
 tra sequi, clausumq; caua te condere terra.
 periture ruis? maioraq; viribus audes?
 e deo toto projectus corpore terra.

Diabolus fugit auditō Christo.

Nec plura his ille admirans venerabile donum
 Fronte premit terram, & spumas agit ore cruent
 Contentusq; fugacæcis se immisquit umbris.

Dominum elegisse discipulos, & statin
 secutos populos.

Interea magnas volitans it fama per urbes.
 Conuenere viri, mens omnibus una sequendi
 In quæcunque velit pelago deducere terras.
 Multi præterea, quos fama obscura recondit
 Concurrunt fremitu denso, stipantq; frequentes,
 Exultantq; animis, medium nam plurima turba
 Hunc habet, atq; humeris extantem suscipit altius.

Quos ubi consertos audere in prælia vidit,
 Incipit & dictis diuinum inspirat amorem;
 Discite iustitiam moniti, & succurrите fessis
 Pro se quisq; viri, cuicunq; est copia læti
 Communiemq; vocate Deum, meliora sequamur.
 Quòq; vocat vertamus iter, via prima salutis
 Intemerata fides, & mens sibi conscientia recti
 Vobis parta quies perfecto temporis orbe.
 Nam qui diuitijs soli incubuere repertis
 Nec partem posuere suis, dum vita maneret,
 Pulsatusne parens, & frāus innexa clienti
 Tunc cum frigida mors animam vel deserit artus,
 Inclusi pænam expectant, quæ maxima turba est,
 Infernisq; ciet tenebris, veterumq; malorum

Suppli

Oplicia expendunt, alijs sub gurgite vasto
sectum luitur scelus, aut exuritur igni
rvidus hic cæno, vastaq; voragine gurges
estuat, atq; omnem cocytio eructat harenam,
nec exaudiri gemitus, & saeva sonare
rbera, tum stridor ferri, strictæq; cathenæ
nper, & obductæ densantur nocte tenebræ.

Præcipitur ne colantur idola.

Prætereà quæ dicam animis aduertite vestris.
Non ego vos post hac cæsis de more iuuencis
lligione patrum, truncis & robore natae,
ortalium manu effigies, nec templa deorum
udire, & repetens iterumq; iterumq; monebo.
Id perijisse semel satis est, natumq;, patremq;
ofuerit meminisse magis, si credere dignum est.
Id fugit interea fugit irrevocabile tempus,
annmarumq; dies, & vis mimica propinquat.

De iudicio venturo.

Attonitis hædere animis, nec plura moratus.
sic aliud maius miseriis mortalibus ægris
idicium canit, & tristes denuntiat iras,
centrum excidium, & vasta conuulsar ruina
mnia tunc pariter rutilo miscerier igni
allentesq; polo stellas, cœliq; ruinam.
Tunc vero tremefacta nouis per pectora cunctis

Insinuat pauor, & taciti ventura videbant.

Quid sibi faciendum foret, ut vitam æternam possideret petijt quidam à Domino.

*Hæc super aduentum dicta horrenda monstra
Ora puer prima signans intensa iuventa
Diues opum, studijs florens, & nobilis oculi.
Quinque greges illi balantum, & bina redibant
Armenta, & dapibus mensas onerabat opimis.
Continuò palmas alacris utrasq; tetendit
Et genua amplectens, sic ore affatus amico est.
O Deus, ô famæ meritò pars maxima nostræ
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Omnia perfeci atque animo mecum ante peregi.
Eripe me his inuictæ malis, quid deniq; restat
Quod ve sequens tantos possim sufferre labores?
Accipe, daq; fidem, mihi iussa capescere fas est.*

Respondit ei Dominus.

*Aig; huic responsa paucis ita reddidit heros,
Oprefans animi iuvenis, absit e preceando
Nec te pœnitiat, nihil ô tibi amice relictum est,
Hoc etiam his addam tua si mihi certa voluntas.
Disce puer contemnere opes, & te quoque dignum
Finge deo, & quæ sit poteris cognoscere virtus.
Da dextram misero, & fratrem ne desere frater:*

Centones.

37

pro hospitio properat coniunge volentem,
 pudicitiam seruet domus, en age segnes
 repe moras, rebusq; veni non asper egenis.
 erat hæc, ille in verbo vestigia corsit
 or, ora modis attollens pallida miris,
 ita gemens, se seq; oculis auertit, & aufert.

Cum Christus insedit asello.

Tunc etiam tardi costis agitatus aselli
 dit nymbo effulgens, tum plurima circum
 tres atque viri, pueri velamina voto
 ieiuni, funemq; manu contingere gaudent,
 q; propinquabat portus, templumq; vetustum
 itqua ex cedro centum sublime columnis
 redditur, magna medius comitante caterua.

Christum ementes & vendentes flagello
 è templo expulisse.

Horrendum siluis, hoc illis curia templum,
 e sacra sedes, miro quod honore colebant.
 unque sub ingenti lustrat dum singula templo,
 rrescit visu subito, insanuitq; flagello,
 gnificatq; manu, & magno simul intonat ore
 uæ scelerum facies, quæue æra micantia cerno?
 cesaris & nomen, nomen quæ insania mutat?
 & nobis propriæ sedes, hic tempora certo
 perpetuis soliti patrum considere mensis

*Obstupuere animis, gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor, mensasq; metu liquere priores*

Discipuli periclitantur in mari.

*Inde prima fides pelago tranquilla per alta
Deducunt socij naues atque arte magistra
Hic alius funda latum transuerberat amnem
Alta petens, pelagoq; alius trahit humida lina.
Postquam altū tenuere rates, nec iam amplius u
Occurrunt terræ, crebris micat ignibus æther.
Eripiunt subito nubes, cœlumq; diemq;
Consurgunt venti, & fluctus ad sydera tollunt.
At socij subita gelidus formidine sanguis
Dirigit, cecidere animi, cunctiq; repente
Portum aspectabant flentes, vox omnibus una.
Spemq;, metumq; inter dubij seu viuere credant
Sive extrema pati leti discrimine paruo.
Qualia multa mari nauæ patiuntur in alto.*

Christum ambulasse super aquas.

*Ecce Deus magno misceri murmure pontum,
Emissamq; hyemem sensit, cui summa potestas
Par leuib; ventis, & flaminis ocyor alis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto,
Nec longo distat cursu pereunte carina.
Agnoscunt longe regem, dextramq; potentem
Nudati socij, & magno clamore salutant
Postquam altos tetigit fluctus & ad æquora venit.*

verò horrendum, ac visu mirabile, forte
sidunt undæ, remo ut luctamen abesset,
rectasq; fugat nubes, graditurq; per æquor
medium, nec dum fluctus latera ardua tingit.
media socios insidens nauem per ipsos,
egubernaclo rector subit ipse magister;
remuitq; malus, gemuit sub pondere cymba.
cadunt, puppiq; Deus consedit in alta,
tandem lati nautæ aduertuntur harenæ.

De Cœna Domini.

Deuexo interea propior fit vesper olympos,
nc victureuocant vires, fusiq; per herbam,
dapi bus mensas onerant & pocula ponunt.

Docet Sacramentum.

Postquam prima quies, epulis, mensæq; remotæ;
se inter primos genit' r instaurat honores
ispiciens cœlum; tunc facta silentia linguis.
at manibus fruges, dulcesq; à fontibus undas,
npluitq; mero pateram, ritumq; sacrorum
docet, immiscetq; preces, ac talia fatur.
Audite o proceres ait, & spes discite vestras.

Prædictab yno se traditum iri.

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit,
Promissisq; patris, vestra inquit munera vobis
Certa manent pueri, & palmā mouet ordine nemo.
Et lux cum primum tercis se crastina reddet

*Vnus erit tantum in meq; , exitiumq; meorum
Dum medium paci se offert de corpore nostro.
Namque dies(ni fallor) adest, secludite curas.
Mecum erit iste labor, nec me sententia fallit
Vnum pro multis dabitur caput, hæc ita fatus
Conticuit, seramq; dedit per membra quietem.*

Apostolos fugisse.

*Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca,
Multaq; dura suo tristi cum corde volant
Quid faciant, hærent infixi pectore vulnus
Verbaq;, nec placidam membris dat cura quietem*

Conquestio Petri ad condiscipulos.

*Tunc senior tales referebat pectore voces.
Multæ putans ubi nunc nobis deus ille magister
Quem sequimur? quoniam ire iubes? ubi ponere sedem?
O dolor, atque decus tantarum gloria rerum
Iam iam nullæ mora est & nos rape in omnia tecum
Oramus, teq; aspectu ne subtrahere nostro
Sacerdotes cum populo contra Christum*

*Oceanum interea surgens aurora reliquit,
Iamq; sacerdotes, late loca questibus implet
Cū populo, & patrib; ferturq; p. agmina murmur
Quod gen^o hoc hominū? quæue hūc tābarbara morē
Permittit patria pœnas cum sanguine poscunt
Indique collecti, & magno clamore sequuntur
Insontem, sauitq; animis ignobile vulgus.*

Christus



Quos germana gerat noscis, PATIENTIA vulnus?

Illius effigies, huius in ore sedet.

Raph. Sadeler:

C s Christus

Cestos

Fig.

三

卷之三

Christus hora sexta ducitur ut cruci-
figatur.

¶ L medium cœli conscenderat igneus orbem
unc subito acciti omnes populosq; patresq;
oscunt, fariq; iubent, quo sanguine cretus
due petat, quidue ipse ferat, prædamq; tuentes
ta viri nimius dolor, & stupor urget inertes,
scia mens hominum certant illudere capto.

¶ verò captis concurrunt undique telis.

litur in cœlum clamor, cunctiq; repente
ripiere sacram effigiem, manibusq; cruentis
centem querum decisim undique ramis
instituunt, spinisq; ligant ingentibus illum,
ndebantq; manum pedibus per muuua nexis.
iste ministerium sequitur, quos cætera proles
sufi omnes immane nefas, ausoq; potiti.

Ille autem impavidus quo vincula noctis inquit
vocante vos generis tenuit fiducia vestris?
ost mihi non simili pœna commissa luetis,
alia perstabant memorans, fixusq; manebat.

Fit terræmotus, & sol obscuratur.

Interea magno misceri murmure cœlum
ncipit, & rebus nox absulit atra colore,
Impiaq; æternam timuerunt secula noctem.

Terra

Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda
 Per gentes humiles stravit pauor, inde repente
 Dat tellus gemitum, & cœlum tonat omne frag-

Christum descendisse ad inferos.

Exemplò comites erebi de sedibus imis
 Umbrae ibant tenues, tellus quoque & aquora pa-
 signa dabant, sifunt amnes terræq; debiscunt.
 Quin ipsa stupuere domus, atque intima leti-
 Tartara & umbrosæ penitus patuere cauernæ,
 Sol quoque & exoriens, cuncti se scire fatentur;
 Tunc caput obscura nitidum ferrugine tinxit.

Christum tertia die resurrexisse.

Hosque inter motus media inter talia verba
 Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram,
 Iamq; pedem referens superas veniebat ad auras,
 Cum subito ante oculos ingenti mole sepulchrum
 Corpus ubi exanimum positum, nec claustra nec ij-
 Custodes sufferre valent, auulsaq; saxis
 Saxa vident, laxi laterum compagibus arctis
 Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus
 Horror ubique animum simul ipsa silentia terren-

Foribus clausis apparuisse Christum
 Apostolis.

Ecce autem primi volucrum cum culmine cantu

Ingre

creditur linquens antrum, spolijsq; superbis
 et ouans, pulsusq; pedum premit excita tellus,
 lneraq; illa gerens foribus sese ingerit arctis,
 que hinc ingentem comitum affluxisse nouorum
 venit admirans numerum, cunctisq; repente
 prouisus ait, coram quem queritis adsum.
 sit iter durum pietas et viuida virtus.
 recipites vigilate viri, timor omnis abesto.

Instruit Apostolos.

Hi nostri reditus, exspectatiq; triumphi
 ec mea magna fides, o terq; quaterq; beati
 va vobis, quae digna viri pro laudibus istis
 emia posse reor solui? quae dona parari?
 ccipite ergo animis, quae vos à stirpe parentum
 imatulit tellus, eadem vos ubere lato
 cciptet, renovate animum, mæstumq; timorem
 ittite, et vosmet rebus seruare secundis.




Christum Apostolis pacem reliquisse.

Quod superest læti bene gestis ordine rebus,
 pacem optate manu, pacem laudate sedentes
 agnanimi, pacis solum iniuiolabile pignus.
 simul his dictis faciem ostendebat, et ora,
 ea manusq; ambas, populataq; pectora ferro,
 amiscentq; manus manibus, gaudentq; videntes,
 ec vidisse semel satis est, iuuat usque morari,

Et conferre gradum, e^g dextræ coniungere dext.

De ascensione Christi.

*His demum exactis, spirantes dimouet umbra
 Aëra per tenerum, cæloq^z innectus aperto
 Mortales visus medio in sermone reliquit.
 Infert se septus nebula, mirabile dictu.
 At illum solio stellantis gloria cœli
 Accipit, æternumq^z tenet per secula nomens.
 Ex illo celebratus honos, lætiq^z minores
 Seruauere diem, tot iam labentibus annis.
 I decus i nostrum, tantarum gloria rerum,
 Semper honor, nomenq^z tuum, laudesq^z manebunt
 Et nos, e^r tua dexter adi pede sacra secundo.
 Annua, quæ differre nefas; celebrate fuentes.
 Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teweto
 O dulcis coniunx, e^r si pietate merentur,
 Hac casti maneant in religione nepotes.*






Virginea splendens referitur imagine Numen;
Non mirum, tanco si micat orbe iubar.

R. Sadeler. sc.

DE

DE DI
ALAVR
ENTO, EX
POLA VER

Domum tua



Prefice tua D
Humanus pse
Namne fab L
Et quoniam L
Ila casenda
Cermonia d
Mafia Dic
Magister
Et, meita
Qua in
Tameo, L
Admira
Habem

ED E DIVA DE IPA-
A LAURETANA OVIDIO-
VENTO, EX LIB. METAMORPH. FR.
POLA VERONENSI IVRISC. CON-
CINNANTE.

O domum tuam decet sanctitudo. Psal. 92.

- L. I. **P**onus humi, monitisq; simul cælesti- 14
bus intro
Templa Dei matris, L A V R E N T I tra- 1
dita terræ,
Præside tuta Deâ; pariter quâ præside rerum 25
Humano generi Superi fauistis abundè: 25
Numine sub D O M I N A lateo, atq; assentior illi,
Et quoniam Diua ora mouet, sequar ora mouentem:
Illa canenda mihi est, utinam modo dicere possim
Carmina digna Deâ. Te carmina nostra sonabunt, 10
Sancta Dei genitrix: furtum ingeniosus ad omne 11
Magna, nec ingenys inuestigata priorum,
Et, meditata manu componam verba magistrâ, 6
Quæ inueni, & dixi; D O M I N A seruabimus ista: 12
Tu modo, Diua, velis; quæ ceptis conscientia nostris,
Adiutrixq; veni, pretiumq; , & caussa laboris. 7
Hic locus est, quem, si verbis audacia detur, 4

D Haud

- Haud timeam magni dixisse Palatia Cœli:
 7 Accipe mirandum, nouitare malebere facti.
 8 Ille vetus DOMINÆ est, & iam CASA parua Paren-
 7 Et natale solum; sunt hæc PENETRALIA magnæ 1
 20 Grata Dei matri, Diuūm gratissima Regi; 22
 22 Hic Deus, humana lustrans sub imagine terras,
 6 Hic hominis speciem maternâ sumit in aluo, 7
 Pérque suos intus numeros componitur infans:
 4 Tum puer æternus (signo, non nomine dicam,) 15
 2 Verba patris portat summi qui iussa per auras,
 15 Pérque sinus crebros, & magna volumina labens,
 5 Constitit ante Deam, sacrâque ita vocè profatur. 2
 14 Salve Virginei flos intemperate pudoris:
 2 Emicat extemplo niueis argentea pennis
 Ales, ut æquaret totas sine labè columbas,
 7 Ingrediturque DOMVM, cœlesti sede relictâ: 4
 7 Sensit Virgineo conceptas pectore flamas,
 2 Incaluitq; Deo, quem clausum pectore habebat;
 6 Hic quoque sustinuit bis mensum quinque labores, 8
 7 Instruit & prolem sanctâ se è Virgine natam. 25
 5 Mox ubi, perfectis, quos terræ debuit, annis,
 3 Ipsa Dea, & terris, & inertis sede relictâ, 15
 15 Accessit Cœlo, superūm petit æthera victrix, 2
 7 Haec DOMVS, hæc sedes, & fortunata profecto, 4
 8 Vertitur in templum subito; quam mox sibi prisca 10
 Sacrauere senes, prisco de more precati,
 7 Qui CHRISTVM, pulchrâq; Deæ sub imagine ponunt, 15
 6 Thur.

Ouidio - Gento.

Thuraq <small>z</small> dant sanctis, & verba precantia, palmis;	
Donec vita data est, sanctam subiere minores	5
Sæpè CASAM Superi, templi tutela fuere;	8
Huius opem magnis implorauere periclis.	
Nec loquar, ut quondam, naturæ iure nouato,	
Mota loco, & cur sit; motaq <small>z</small> pependit in aurâ;	7
Quas Dea pér terras, & quas errauerit undas,	
Quam procul à patriâ, longoq <small>z</small> per aëra tractu,	2
Eurum, ac auroram, Nabathæaq <small>z</small> regna relinquens,	15
In sedes PENETRALE nouas transferre parauit;	15
Lecta manus iuuenum tum pennis lapsa per auras	8
Fert humeris venerabile onus; mirabile factum	5
Hoc aliquis, tremulâ dum captat arundine pisces,	8
Vidit, & obstupuit, stuæque innixus arator:	8
Italiam tenuit, & spissi littoris ANCON,	15
Littus adit LAVRENS, nemorosis abdita syluis;	10
Inde abit ulterius, dumq <small>z</small> omnia lustrat eundo,	5
Occupat hæc collem, montis sublime cacumen.	1
Gratulor huic terræ, nostroq <small>z</small> huic gratulor orbi	10
Sedibus his adsit quod iam Regina Deorum:	2
Nec timida gaudete fide; date munera templo;	9
Signa dedit, venisse Deam; nox conscia sacris:	6
Felicem traherent cùm sera crepuscula noctem,	1
Ecce, suo comitata choro, matrona Tonantis,	2
Visa Dea est vere, THALAMIQ <small>z</small> in culmine sedit,	6
Quanto splendidier, quam cætera sydera, fulget	
Lucifer, & quanto, quam Lucifer, aurea Phœbe;	

- 2 Incubuitq; loco, maiestatèmque verendam
Imposuit. Nobis sis, o pulcherrima, visà
Vtiliter, populósque iuues, tua sacra colentes. 4
25
- 3 Quisquis adest, visum veneratur numen, & omnes 15
7 Conueniunt populi, flectunt vestigia sacræ
Ad delubra Deæ, rariſſima templa per orbem. 1
- 20 Templa mari subsunt, sublimibus alta columnis,
21 Et trabibus densis, aris ex ordine factis, 13
25 Marmoreum q; solum est; postes radiare videntur;
8 Cælatæq; fores; adopertaque marmore tellus;
2 Hic super imposta est latefulgentis imago
25 PONTIFICIS, fictaque probes sub imagine veram; 3
9 Addunt & titulum: perq; atria marmore tecta 14
Ad DOMINAM ducunt: pulchro sedet illa recessu
sublimi solio; pinguisque ardere videntur
Lampades, & rutilis collucere ignibus Aedis;
10 Virginis est veræ facies, quam viuere credas;
3 Qui color infectis aduersit Solis ab ictu,
3 Isfuit in vultu visæ. De laudibus huius 13
Nil mihi credideris, præsens potes ipse videre:
25 Neue viæ spatium te terreat; urbe petitus,
3 Nil ibi, quod credi possit mortale, videbis.
14 Est locus in votis, hic votis numen adorant, 11
22 Mitte Deæ numen: medium memorésque tabella,
Sertaque cinxerunt, voti argumenta potentis. 8
8 Vota fides sequitur: quis ne unquam altaribus illis
Irrita thura dedit? Latum vulgata per orbem, 7

- Haud usquam, sua quam moueant miracula, dicam; 5
 Non mihi si centum Deus ora sonantia linguis, 8
 Ingeniumque capax, totumque Helicona dedisset.
 Illa quidem maiora fide quoque gessit, & orbem
 Impleuit meritis, quæ non comprehendere dictis 15
 In promptu mihi sit. Proceres ad templa petitæ 15
 Conueniunt operosa Deæ, dant munera templis, 9
 Muneribusque datis, & acerris thuris honorant.
- Te, Dea, te quondam, tuaque hæc insignia vidi;
 O' ego ter felix, te si modo posse videre 14
 Fata iterum dederint; cælum accepisse videbor.
 Te etiamen, ô GENITRIX, tollens ad sydera palmas, 6
 Et genibus pronis, & suspiratibus haustis, 14
 Supplice voce rogo, veniam des ipsa roganti:
 Sors mea principijs est irrequieta, pigetque
 Actorum sine fine mihi, sine honore laborum;
 His quoque des veniam; finemque orato malorum:
 Nostra nocens anima est, temerata est nostra voluntas; 9
 Pænitet iniusti; tantum miserere, precesque 13
 Supplicis exaudi, misericordissima rebus:
 Hanc animam concede mihi peccasse fatentem, 11
 4 Dignam animam pænâ: Dea tu auxiliaris, opemque 9
 Exorata feres; te scilicet omnis in unâ 3
 Nostra salus posita est: ô, cui debere salutem 7
 Confiteor, miserere precor, nam sola leuare 14
 Tu potes ora, tuum habet frustrâ clamantia nomen; 11
 2 Parce precor mater, tandem meque assere cælo. 1
 In toto corde meo exquisiu te. Psal. 123.

DE DIVO FRAN
CISCO VIRGILIO - CEN
TO, FR. POLA VERONENSII IV-
RISC. CONCINNANTE.

In conspectu Angelorum psallam tibi.
Psal. 138.

3. a. **V**GVRIIS agimur Diuum: dicemus hon
rem 2.
x. a. **C**ælicolæ magno, quem, non virtutis egen
tem, xj.
6. a. Iuppiter, atque ardens cœxit ad æthera flamma; x.
6. a. Quémque sacerdotes casti per amœna piorum
Concil' i, ELIS IVM q; colit, sublime columnis 5.
xj. a. Corpus ubi ex animi positum, centumque Sabæo
Thure calent aræ, fertisque recentibus halant: 1.
6. a. Observans quæ SIGNA ferat, spirantia SIGNA 3.
xj. a. CONFIXI NATI, (monstrantem vulnera cervo) 6.
1. G. Hunc canere incipiam, cœlōque educere certem 6.
1. a. Insignem pietate virum, sanctum mihi numen, 8.
2. Ecl. Delicias Domini, carum omnipotentis alumnū; 6.
6. a. Continuoque mèo nomen de nomine fingam: 3.
3. G. Ergò omni studio votum immortale sacrabo 8.
2. G. Carminibus patrijs, cithara, fidibusq; canoris. 6.
9. Ecl. Huc ades, ô hominū, Diuumq; interpres ASIAS, x.
2. G. O D



R. Sadeler.

Qua mea CRVX ! si parua licet componere magnis,
CRVX mea CRVX nulla est, pme CRUCE CHRISTE tua.

Vergilio

O Deo a fine mea

Adiutor plaudens

in felix a frumento

Ergo, O' mea dea

longe dura pietas

Siemper humanitatem

Ere autem bene

Serpiam O' uita

Expectata dies ab

in qua resiliunt

Candidum amorem

Aceptum in

ad Alpina ventus

Ductusque

O' Natura mea

Hunc ergo Ged

Ex tua amar

O' Eus ergo domus

O' Anna uita

Expono,

O' Tempore

Adiutor

O' Natus

O' Ergo uita

O' Populi a

O' Omnes

O' Horae

1. O Decus, o famæ meritò pars maxima Cæli, 6. æ.
 Adsis o, placidusq; iuues, & viuidus VMBER 12. æ.
 2. Sis felix, nostrumq; iuues quemcumque laborem,
 Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
 3. Iamq; dies, ni fallor, adest, quem semper honestū, 2. G.
 4. Semper honoratum nullo discrimine habebo: x. æ.
 5. Ecce autem breuiorquē dies, & mollior ætas, 1. G.
 6. Scorpions & cœli iusta plus parte refulget; 8. æ.
 7. Expectata dies aderit iam lumine quarto, 6. æ
 8. In qua reliquias, diuiniq; ossa parentis 5. æ
 Condidimus terra, stellantis regia Cœli 7. æ.
 Accepit, numerum & Diuorum alçaribus auxit:
 Ecl. Aspice, ventura lætentur ut omnia luce,
 9. Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper:
 Ecl. Nascere, præque diem veniens age lucifer alnum;
 10. Hunc ego Getulis agerem si Syrtibus exul,
 Extra anni, solisq; vias, pictosq; Gelonos, 2. G.
 11. Eoasq; domos Arabum, & deserta Getarum: 3. G.
 12. Annua vota tamen, solennesq; ordine pompas
 Exequerer, strueremq; suis altaria donis: xj. æ.
 13. Tempore non alio solennes ducere pompas 3. G.
 Ad delubra iuuat: procul o procul este prophani:
 14. Nunc hoc ista sibi tempus spectacula poscit; 6. æ.
 15. Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem:
 16. Populeis adsint euincti tempora ramis
 17. Omnibus in templis, incensa altaria circum, 8. æ.
 18. Hic iuuenium chorus, ille senum, qui, carmine laudes,

6. a. Fataq; fortunamq; viri, moresq;, genüsque
9. Ecl. Cantantes, sublimè ferant ad sydera Cæli.
6. a. Egregium forma iuuenem genuere parentes,
7. a. Qui componere opes norant, & parcere parto,
3. a. Ec qui diuinitis solum incubuere repertis:
xj. a. Ille autem, dum frons tenera, imprudensq; laborum, 2.
2. G. Principio patrias tentauit lubricus artes,
1. a. Ausus & ignoto se se committere ponto,
8. a. Omnia peruolutat latè loca, & omnia versat;
2. G. Tantus amor terræ est, & amor successit habendi. 8.
4. a. Quem simul ac tali, persensit, peste teneri,
5. a. Si ppter omnipotens, animum labefactus amore,
1. G. Se iuueni ante oculos hisce cum vocibus offert:
4. a. Quid struis? aut quâ spe noctemq;, diemq; fatigas
5. a. Oblivio decorusq; tui, ingratusq; salutis?
5. a. Quò diuersus abis? quæ te dementia cœpit? 2. E.
x. a. Fallis te incantum; spem turbidus hauris inanem;
4. a. Nec, quæ circumstent te deinde pericula, cernis,
1. G. Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere curas
5. a. Præsentis terræ, ac argenti, auriq; talenta:
1. G. Si te digna manet diuini gloria regni,
5. Ecl. Desine plura puer; custodi, & consule longè;
8. a. Egredere o certis dimensum partibus orbem,
5. a. Mille vijs textum cæcis iter, anticipitemq;
2. G. Tellurem; exhalat nebulas, fumosq; volucres;
9. a. Rumpemoras omnes: breue, & irreparabile tempus x.
Omnibus est vitæ fugit irreparabile tempus, 3.

Singu

- singula dum captus circumueclaris amore;
- c. Aude hospes contemnere opes, & te quoq^b dignum
Finge Deo solare in opes, succurrerelictis: 9. æ.
- c. Tu, ne cede malu, dubijs ne deficeretis; 6. æ.
- c. Nusquam abero, & tutum patrio te limite fissam;
- Ecl. Mutabis merces, cælög inuestus aperto 1. æ.
- Ecl. Candidus insuetum mirabere limen Olympi:
- c. Hic tibi certa domus, requies ea certa laborum. 8. æ.
- æ. Iamq^b tibi (ne vana habeat fiducia rerum) xj. æ.
- æ. Signa tibi dicam: perfecto temporis orbe 6. æ.
- G. SIGNA dabo. solum certissima SIGNA sequentur,
- æ. Vulneraq^b illa geres, quæ circum plurima muros
Accepi patios, diuini SIGNA decoris; 5. æ.
- Ecl. Iamq^b nouū terræ stupeat lucefcere S A N C T U M 8. æ.
- æ. Omnes Cælicolæ. Sic luppiter ipse monebat; 7. æ.
- æ. Scilicet id magnum sperans fore munus amanti:
- æ. His dictis incensum animum inflammat amore
- G. Aethereo; conuersi animi, compressus & omnis 2. æ.
- Impetus, & viuo tentat præuertere amore 1. æ.
- Iam pridem resides avimos, desuetaque corda.
12. æ. Ille humilis, auidis ubi subdita flamma medullis, 3. G.
5. æ. Talibus incensus dictis, formidine pressus
Obstupuit; supplèxq^b oculos, dextramq^b precantem: 12. æ.
- Procendens; euidem inerui, nec deprecor, inquit, 2. æ.
4. æ. O pater, ô hominum, Diuumq^b eterna potestas,
2. æ. Vitrices flamas, & ad impia Tartara mitti: 6. æ.
7. æ. Sed tu, magne Pater Diuum, miserere, tuamq^b 9. æ.

x. æ. Te

- x. a. Te precor hanc animam serues, miserere precantis; x.
 6. a. Eripe me his inuictis malis: sequor omnia tanta: 9.
 8. a. Accipio, agnoscoque libens cælestia dona; 4.
 9. a. Et hic, est animus lucis contemptor, & altum 1.
 9. a. Qui vita bene credat emi, quo tendis, Olympum; 1.
 x. Ecl. Certum est in sylvis, inter spelæa, malorum
 Velle fugam latè, sub te tolerare magistro 9.
 1. a. Omnem pauperiem, & duros perferre labores; 6.
 2. a. Nectanta quicquam pro spe tentare recusem. xj.
 5. a. Quod supereft, tua me, Genitor, tua tristis IMAGO
 Sæpius occurrat: an sit mihi gratiор villa? 6.
 5. a. Nec tantis mora prodigijs, nunc tempus agires. 5.
 9. a. Sic ait: & duplcam ex humeris reiecit amictum, 5.
 x. a. Et tunicam, molli mater quam neverat auro, 5.
 7. a. Atq; omnem ornatum, atq; argenti pondus, & auri 1.
 2. G. Subiecit pedibus; tunicaq; inducitur artus 8.
 7. a. Terribili impexa seta; ac angustus in ipso
 Fit nodus sinu; circumdat vincula plantis; 2.
 4. G. Ille comam mollem iam tum tondebat in orbem. 1.
 3. G. Præterea mæsto defixus lumine vultu
 Incedit, linquens aulas, & limina Regum; 6.
 2. G. Illum non populi fasces, non purpura Regum,
 2. G. Non res Romanae, laudumque arrecta cupido
 2. G. Flexit, non miseri possunt reuocare parentes:
 2. G. Flumina amat, sylvasq; inglorius, inuia lustra,
 1. Ecl. Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
 1. Ecl. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi;

- G. Pocula sunt fontes; ventos perpessus, & imbres, 9. a.
 G. Et patiens operum, viridi projectus in antro 1. Ecl.
 Ecl. Sæpè iacet pernox instrato saxa cubili, 3. G.
 G. Quo minus est illi curæ mortalibus egestas: 9. a.
 a. Ut Venerem, & cæci stimulos auertat amoris, 3. G.
 G. Cæsariem immundo perfusam puluere turpans, 12. a.
 a. Multa cauolateri ingeminit, & pectore vastos
 Dat sonitus, atro liquuntur sanguine guttae: 3. a.
 Ecl. Mollia purpureus quondam color ossa reliquit, 4. a.
 G. Deformat maces morbo, illuuietq; peresa, 4. G.
 Ecl. Hirsutumque supercilium, promissaq; barba;
 a. Sanguis hebet, frigentque effatae in corpore vires, 3. G.
 a. Afflictus vitamq; extrema per omnia dicit. 3. G.
 a. Exemplo Socios, lœtam cognomine gentem, 3. a.
 a. Præstantes virtute legit Laurentibus agris; 12. a.
 a. Et louis imperium, & cari præcepta parentis
 Edocet; & voluens fatorum arcana mouebat; 1. a.
 a. Exorat pacem Diuum, lenire dolentes 4. a.
 Solando cupit, & dictis auertere curas,
 a. Auxilioque leuare viros in rebus egenis: 6. a.
 D. G. Si verò tristi lanquebant corpora morbo, 4. G.
 D. G. Ardentes papulae, atque immundus olenitia sudor
 Membra sequebatur; tum membra fluentia tabo 3. a.
 a. Prensa manu amplexus, atque oscula dulcia figit. 1. a.
 a. Ille, inter densas, umbrosa cacumina, fagos, 2. Ecl.
 2. a. Si quandò læthum horrificum, & venerabile lignū 12. a.
 a. CONFIXI, ipse suo tristi cum corde voluet, 6. a.
 12. a. ET

12. a. Et CHRISTVM aduersū, nō digna morte pereptū
 8. a. Complexu teneat, lacrymis implerit oboris; 4.
 7. e. Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo;
 8. a. Hoc solamen erat; clausoque affixus, & hærens
 Nusquam amittebat, oculosq; sub astra tenebat;
 7. a. Lætitia, metuq; avidus coniungere mortem:
 7. a. Odit & ipse pater Pluton, odere sorores
 Tartare; illudcent species, atque ora ferarum;
 7. G. Ecce inimicus atrox formas se vertit in omnes,
 4. G. Cum clamore ruit magno ceruice Leæna,
 4. G. Squammosusq; Draco, flammisq; armata Chimera,
 1. a. Virginis os, habitumq; gerenis furialia membra
 Exuit, inspirans ignem, fallensq; veneno:
 4. G. Verum vbi nulla fugam reperit fallacia, vicitus
 3. G. Multa g̃emens ignominiam, plegasq; superbi
 Victoris se se oculis auertit, & aufert:
 6. a. Nec mortale sonat, afflatus numine quando
 Iam propiore Dei; tacitus ventura videbat,
 3. G. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,
 6. a. Omnia percepit, cœli cui sydera parent,
 Et linguae volucrum, & præsagi fulminis ignes;
 4. G. Corda licet longè præsciscere; lippiter ipse
 1. a. Et multe dedit fluctus, & tollere ventos,
 2. a. Sistere aquam flumijs, & vertere sydera retro:
 7. a. Corpora multa virum, atq; animas ille euocat Orco, 4.
 6. a. Impositosq; rogis iuuenes ante ora parentum:
 7. a. Hinc Italæ gentes, umnisq; Oenotria tellus

- In dubijs responsa petunt, oracula posciunt. 3. a.
- a. At; non hæc nullis, hominum, rerumq; repertor; 12. a.
Observans oculis, summo sedet altus Olympo,
- a. Atque illum, tales iactantem pectorè curas,
- a. Omnibus exhaustum iam casibus, omnium egenum
- a. Conficit, extremoniā sub fine laborum 4. G.
- a. Persolvat grates, promissō munere donet; 5. a.
- a. Ergo his Aligerum dictis affatur amici: 2. a.
- a. Haud ignora loquor; scis ipse, & scire fateris; 12. a.
- a. Religio, & cuncti suaserunt, numina, Diui,
- a. Hunc iuuenem in latebris auersum à lumine Mūdi; 1. G.
2. a. Deberi cælo, superasq; euadere ad auras; 6. a.
- a. Vade age, nate, voca Zephyros, & labore pennis,
- a. Hoc iuuenem egregium præstanti munere dona,
- a. SIGNA q; ferre iube, scui monimenta doloris, 12. a.
- a. Spiramenta animæ, monimentū, & pignus amoris. 5. a.
- G. Protinus ille patris magni parere parabat 4. a.
Imperio, terrasq; inter cælumq; volabat: x. a.
1. a. Iam Sole infuso, iam rebus lucere rectus
- a. Scindit se nuves, & in æthere exultat IMAGO x. a.
- a. Cœlicolum Regis, laceri crudeliter ora, 6. a.
Ora manusq; ambas, traiectaq; pectora ferro;
- c. a. Hinc exaudiri voces, & verba vocantis:
- t. a. Ipse Deus tibi me claro demittit Olympo;
- t. a. Ipse hæc ferre iubet, monimentū, & pignus amoris; 5. a.
- s. a. Hic pietatis honestus te nunc habet iste secundum: 2. ecl.
2. ecl. O fortunatum, tu nunc eris ulcer ab illo: 5. ecl.
- x. a. Nec

- x. æ. Nec plura effatus. Ille os, oculosq; loquentis
Iamdudum, & totum lustrabat lumine corpus
9. æ. CONFIXI; tacitum pertant gaudia pectus:
4. G. Hoc visum nulli manifesto in lumine vidit.
8. æ. Ecce autem subitum, atq; oculis mirabile monstrum;
1. æ. Dum stupet, obtutusq; hæret desixus in uno,
5. æ. In vacuo lœtum cœlo speculatus, & alis
Plaudentem, infixum stridet sub pectore vulnus,
2. G. Ferrea perq; pedes trajectus lora tumentes
2. æ. Apparet; duplices tendat si ad sidera palmas
2. æ. Ecce canæ tepido sudant humore lacunaæ
- x. æ. Impavidus ille admirans venerabile donum
2. æ. Talia perstabant memorans, F I X V S que manebat;
12. æ. Hoc erat, hoc, inquit, votis quod sèpè petiui
4. æ. Iuppiter: Haude quidem tali me dignor honore:
2. æ. Hec loquitur: factumq; diu cœlavit, & æger.
3. G. His animaduersis instat sub tempus, & omnes
Impendit curas, intentis omnibus, unus,
7. æ. SIGNA que ferre iuuat, premit alcum corde dolorē.
5. æ. Ergo aderat promissa dies, & tempora Parca
Debita complerant, lœtus sociosq; reductos
12. æ. Alloquitur, cœliq; vias, & sidera monstrat,
2. æ. Et votis, precibusq; iubet exposcere pacem,
6. æ. Lustrauitq; viros, dixitq; nouissima verba:
1. æ. O socij, extremū, quo vos facio alloquor, hoc est:
6. æ. Illustres animæ, nostrumq; in nomen ituræ,
6. æ. Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos,

g. æ. E

- a. Et sperate Deum memorem fandi, atq; nefandi? 1. a.
 a. Per varios casus, per tot discrimina rerum
 a. Durate, & vosmet rebus seruate secundis.
 a. Illum expirantem socij certamine summo 5. a.
 G. Circunstant fremitu denso, stipantq; frequentes,
 a. Orantes veniam, proiecti corpore terræ. xij. a.
 a. Paulatim exoluit se corpore, lentaq; colla
 Et captum letho ponit caput omine magno. 7. a.
 a. Panditur interea domus omnipotens Olympi,
 a. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
 a. Aethereum sensum, aurai simplicis ignem
 a. Suscepit, cæliq; libens in parte locauit. 12. a.
 a. Concurrunt trepidi Comites, decorantq; sepulchro 9. a.
 a. Os humerosq; Deo similem, manibusq; parenti; 12. a.
 a. Corpus humo liquidum ambrosiæ diffudit odorem. q. C.
 a. Ex illo celebratus honos, lætiq; MINORES
 Seruauere diem tot iam labentibus annis. 2. a.
 a. Salve vera Iouis proles, decus addite Diuis,
 a. Salve Sancte pater, sequimur te Sancte Deorum. q. a.
 a. Ad te configrio, & supplex tua numina posco,
 G. Huc pater o rebusq; veni non asper egenis: 8. a.
 a. Semper honore meo, semper celebrabere donis.


Adorabo ad Templum sanctum tuum in timore
uo. Psal. 5.

E De

DE DIVO CARO LO PONT. VIRGILIO-CENTO.

Laudate Dominum in SANCTIS eius.
Psal. 150.

6. ec. Amque nouum terrae stupeant lucescere SAN
CIVM 8..
6. a.. Matres, atque viri, pueri, innuptaque pue
lae. 2..
10. ec. Carmina sunt dicenda: neget quis dicere carmen 6..
10. a. GOELICOLAE Magno cithara, fidibusque canoriis? 6..
3. a. Da Pater augurium, atque animis illabere nostris? 3..
2. g. Carminibus patrijs votum immortale sacrabo. 8..
5. a. Orefauete omnes, letasque aduertite mentes. 5..
6. a. Egregium forma IUVENEM genuere parentes; 2..
11. a. Quem primi colimus, meritosque nouamus honores. 8..
6. a. Huius in aduentu tantarum munera laudum, 8..
9. a. Coniunctio noua lux oculis effulsit, ex inde 10. a
5. a. Aëra dimovit tenebrosum, & dispulit umbras. 3..
9. a. Ora PVER prima signans intonat iuventa 10. a
5. a. Talibus auspicijs exortem ducere vitam 2..
1. a. Incumbit, veterum voluens monimenta virorum: 3..
3. g. Quid labor, & benefacta iuuent, quæ premia laudi, 1..
4. g. Mores,



CAROLE Pontificum CARDO, Lux publica mundi,
Quam solidè tali CARDINE terra stetit!

R. Sadeler



Civitas Romana non sordida sed
Sed digna et pulchra est.

- g. Mores, & studia, & populos, & prælia discit. 3. g.
 g. Quin etiam potuit rerum cognoscere causas; 2. g.
 g. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,
 æ. Omnia percepit, calamos non passus inertes. 8. æ.
 g. Non ego cuncta meis complecti versibus opto:
 g. Profuerit meminisse magis, quam fortibus ausis 8. æ.
 æ. Intrarit generis lapsi sarcire ruinas. 4. g.
 æ. Improbus ille homini, Diuumq; interpres Asylas, 10. æ.
 . æ. Seditione potens, diversis partibus orbis 12. æ.
 æ. Ibat ouans, Diuumq; sibi poscebat honorem:
 æ. Hortator scelerum, nec dictu effabilis ulli; 3. æ.
 æ. Nunc hos, nunc illos aditus, totumq; pererrat 4. æ.
 1. æ. Vndique circuitum: sacrata resoluere iura 2. æ.
 . æ. Infelix vates vasto certamine tendit: 12. æ.
 g. Quippe, ubi fas versum, atq; nefas, tot bella per orbem,
 Tam multæ scelerum facies; Discordia demens. 6. æ.
 . æ. Non tulit hæc speciem, rerum cui summa potestas: 10. æ.
 o. æ. Ingemuit miserans, casu concussus acerbo; 3. æ.
 5. æ. Atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat:
 12. æ. Vestigatq; virum, superum quem signet honore; 6. æ.
 10. æ. Quemve petat socium summis adiungere rebus. 9. æ.
 5. æ. Hic illi occurrit, quo non præstantior alter; 6. æ.
 11. æ. Insignis longè, multis memoratus in oris. 7. æ.
 2. æ. Maximus unde Pater, intentis omnibus unus 2. æ.
 3. g. Continuò rumpit vocem, pecorisq; magistrum 2. g.
 5. æ. Declarat: viridiq; aduelat tempora mitra. 9. æ.
 12. æ. Hoc erat, hoc, votis, inquit, quod sæpè petui:

E 3 8. æ Accipe,

8. a. Accipe, dāque fidem; mecum partire laborem: 11. a.
4. a. Perficere est animus, quā rite incepta paravi; 4. a.
8. a. Nulla meis sine te quāretur gloria rebus: 2. a.
3. g. Informes resides animos, desuetaq; corda 2. a.
4. g. Duc, age, duc ad nos, atque alte mænia Romæ: 2. a.
3. a. Ne dubita, nō præceptis parere recusa; 2. a.
2. a. Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam. 2. a.
1. a. Se quoq; PRINCIPIBVS pmistū agnouit in V R B E: 2. a.
5. a. Ille supertales, haud vñquam indignus auorum, 11. a.
2. g. Iustitia excedens, & seruantissimus aequi. 2. a.
6. a. CONCILIVM Q; vocat, quo non præsentius ullum 2. a.
- Auxilium vēnit; cuncti se scire fatentur. 10. a.
2. g. Illum non populi fasces, non purpura Regum. 2. a.
2. g. Non res Romanæ, laudūm ue arrecta cupida 5. a.
2. g. Flexit, non miseri possunt reuocare parentes; 3. g.
5. ec. Semper consilijs habitus non futilis Auctor. 11. a.
2. a. Ast ubi iam patriæ peruentum ad limina sedis, 2. a.
4. g. Protinus ille patris Magni parere parabat 4. a.
- Imperio: instans operi, regnisq; futuris. 2. a.
3. a. Iura dabant, legesque virus, operumq; laborem 9. a.
- Partibus æquabat iustis; cui maxima rerum, 2. a.
- Verborumq; fides; Populos sermone replebat. 4. a.
7. a. Cura sibi, Diuīum effigies, & templa tueri; 2. a.
6. a. Nec vidisse semel satis est, iuuat usque morari. 2. a.
7. a. Atque omnem ornatū, atq; argenti pondus, & auri 1. a.
2. g. Subiicit pedibus: superat pars altera cura, 2. a.
8. a. Ut Venerem, & cacci stimulos auertat amoris, 3. g.
3. g. Pocula

- g. Pocula sunt fontes; tunicaq³ inducitur artus 8. a.
 æ. Terribili impexa seta: compressus & omnis
 Impetus; insomnis seruat nocte^sque, die^sque: 2. a.
 æ. Multa cauo lateri ingeminat, & pectore vastos
 Dat sonitus: vultum lacrymus, atque ora rigabat; 6. a.
 æ. Afflictus vitamq³ extrema per omnia ducit. 9. a.
 æ. Interea magnas volitans it fama per urbes: 3 g.
 æ. Hinc Italæ gentes, & Romana palatia seruans 7. a.
 .æ. In dubijs responsa petunt, oracula poscunt. 1. g.
 æ. Ille regit dictis animos, & pectora mulcet; 3. a.
 .æ. Nec mortale sonans, tacitus ventura videbat. 2. a.
 .g. Quid maiora sequar totum vulgata per orbem? 1. a.
 .æ. Horrendum video, & dictu mirabile monstrum:
 Ecce inimicus atrox magno stridore remugit, 3. g.
 .æ. Dentibus infrendens fremit horridus ore cruento;
 Ipse PATER tandem propius sua numina firmat, 1. a.
 12. a. Significatq³ manu, ingenti percussus avore; 8. a.
 6. a. Nec plura his. Ille admirans venerabile donum;
 Contentusq³ fuga, cæcis se condidit umbris. 2. g.
 7. a. Mains opus moueo; magno nunc ore sonandum; 7. a.
 3. g. Dira per incautum serpunt contagia vulgi;
 Matres, atque viri, iuvenes ante ora parentum 3 g.
 3. g. Intereunt; tota passim regione vagatur 4. g.
 3. g. Pestis acerba: rapit dura inclemencia mortis; 6. a.
 2. a. (Horresco referens) defunctaq³ corpora vita 3. g.
 4. g. Exportant tectis, & tristia funera ducunt; 4. g.
 2. a. Lucretus ubique, paucor, & plurima mortis imago.

3. g. His animaduersis, gemitum dans pectore ab imo, 1.
 1. æ. Talia voce refert Diuum certissima proles. 6.
 11. æ. Summe Deum, Sancti custos, Regnator Olympi. 7.
 4. æ. En quid agam varia confusus imagine rerum? 12.
 4. æ. A spicis hæc? talin' me possum opponere monstro? 12.
 9. æ. Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est. 12.
 1. æ. Parce pro generi, & propius res aspice nostras:
 6. æ. Projice tela manu, si quid pia numina possunt: 4.
 9. æ. Pœnarum exhaustum satis est; miserere tuorum: 12.
 10. æ. Hoc virtutis opus, quo non præstantius ullum, 12.
 6. æ. Parcere subiectis, & debellare superbos.
 12. æ. Dixit; opemque Dei non cassa in vota vocavit.
 3. g. Nec mora, nec requies, partes cunctatur in omnes, 10.
 10. æ. Multa mouens animo; vasto certamine tendit 12.
 2. æ. Extinxisse nefas; saltus ingressus apertos, 11.
 8. æ. Omnia per uolat latè loca, & omnia versat: 9.
 2. g. Atque metus omnes, & inexorable fatum
 Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari: 12.
 2. g. Et patiens operum, fortunatusq; laborum, 11.
 4. æ. Solando cupid, & dictis auertere curas, 4.
 2. æ. Auxilioq; lenare viros, lenire dolentes: 4.
 5. æ. Perfusa vestes, argenti, auriq; talenta. 3.
 5. æ. Exemplò socios, lätam cognomine gentem, 3.
 8. æ. Præstantes virtute legit, perq; omnia ducit: 3.
 1. æ. Ni faciat, multis viduasset ciuibus Urbem 8.
 4. g. Magna lues, toto descendens corpore pestis. 5.
 9. æ. Quæ vobis, quæ digna Viri pro talibus ausiss?
 9. æ. Nulla

1. Nulla dies unquam memori vos eximet aeo.
 2. Imposuit cinerem, & sopitos suscitat ignes; 8. a.
 3. Lustravitq; viros longa cum veste sacerdos: 6. a.
 4. Iamque sacerdozes clamorem ad sydera tollunt. 10. a.
 5. Vrbē per medium graditur, populosq; propinquos: 3. a.
 6. Tegmen habet capiti; vestigia nuda reportat; 11. a.
 7. Incedit mœsto defixus lumina vultu; 6. a.
 8. Signa q; ferre iuuat indigna morte perempti. 6. a.
 9. Dum stupet, oblituq; hæret defixus in uno, 10.
 10. Exorans pacem Diuum, tunc vulnus acerbum 11. a.
 Conficit; & atro liquuntur sanguine guttae; 3. a.
 11. a. (Multa V. R. i. virtus) premit alcum corde dolorem. 1. a.
 12. Illum omnis tectis, agrisq; effusa iuuentus,
 13. a. Attentis inhians animis, prospectat euntem; 7. a.
 14. a. Turbaq; miratur matrum, qui spiritus illi,
 Qui vulnus, vocis ue sonus, vel gressus eunti.
 15. a. Ad delubra venit magna comitante caterua. 2. a.
 16. a. Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
 17. a. Præfatus Diuos, placido sic pectore cœpit: 1. a.
 18. a. Discite iustitiam moniti, & succurrite fessis, 11. a.
 19. a. Communemq; vocate Deum; meliora sequamur: 3. a.
 20. a. Per varios casus, per tot discrimina rerum
 21. a. Durate & vosmet rebus seruate secundis.
 22. a. Omnia monstrabat relegens errata retrorsum; 3. a.
 23. a. Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
 24. a. Corpora multa virū, atque animas ille euocat orco. 4. a.
 25. a. His demum exactis, perfectis ordine votis,

11. a. Constitit ante aras, media inter numina Diuum
2. a. Sacra canit; precibusq; iubet exposcere pacem,
9. a. Multa Deos arans: onerauitq; æthera votis;
9. a. Nec longum in medio tempus: sperare salutem
10. a. Est licitum, afflictis melius confidere rebus.
6. a. Corporeæ excedit pestis enfunditus omnis.
6. a. Postquam illam VICTOR stygias detrusit ad undas; 7.
7. g. Continuo ingenti sonuerunt omnia plausu. 5.
5. a. O PATRIA, ô meriti tanti nō immemor unquam; 8.
5. a. Et, quæ seruatis reuocata à morte, memento 3.
7. a. In freta dum fluuij current; dum montibus umbra
Lustrabunt conuexa: Polus dum sydera pascet.
1. a. Et iam finis erat, cum luppiter æthere summo
6. a. Observans, quæ signa ferat, quo tendere pergit:
6. a. Post ubi coniecti cursus, sub fine laborum, 4.
6. a. Et PATER ipse suo superum iam signat honore,
7. g. Atque illum scilicet stellantis regia cœli
Accipit: ipse Deum manifesto in lumine vidit. 7.
6. a. Quique pīj Vates, & phœbo digna locuti,
9. cc. Cantantes sublimè ferant ad sydera cœli
7. a. Insignem pietate VIRVM, noua regna petentem.
6. a. Ipse ego paulisper, spacijs disclusus inquis, 4.
12. a. Suppliciter venerans, prostratus corpore terræ, 11.
7. a. Ad te configio, genus ô qui ducis Olympo: 6.
10. a. Te precor hæc animam serues: male numen amicum 2.
Confusam eripuit mentem; miserere precantis: 10.
12. a. Vtere sorte tua, culpam compesco, priusquam 3.
3. g. Duru

Virgilio. Cento.

- Durus in aduersum rapiat casusue, Deusue. 9. q.
e. Hac mea magna fides, animo gratissima nostror. 12. R.
e. Quod supereft, orō, dubijs nē defice rebus; 6. a.
e. Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

Ad aliquem SANCTORVM conuertere. Job. 5.

OMNIVIGIUMA



LVDVS

L V D V S
IN
SECVLI AMOREM
INIMICVM
AMORI DIVINO

I.

Non esse seculo fidendum.


Quid mundus fragili confisus purpuræ,
Triumphos meorat fallaci murmure:
Quæ spondet munera vanæ potentiae,
Vix sunt crepundia ruditæ infantiae.
Ut Aquilonibus raptata folia
Dum miscent fatua inter se prælia:
Sic pede celeri decurrunt gaudia,
Et mundi fugiunt sperata præmia.
Quod rosa & viola decocta solibus,
Quod caltha & lilia projecta foribus,
Quod fænum validis prostratum pedibus;
Hoc mixta gloria est amoris ignibus.
Plus pulsis nubibus, plus fide fluctibus,
Plus vento valide dispersis niuibus,



In geminis geminos pueris non cernis amores?
Hic bonus, hic malus est, damnat hic, ille beat.

R. sedeler.

DE



AVVIA

ROMA

TOLEDO

Antiqua duxit eum fortis vobis amorem ut
non illi sit nescius de vobis et curiosus.

plus fugacibus crede volucribus,
am carni fragili, vel vanis opibus.
Plus fide Oceano, plus Aetnae montibus;
plus mortiferis Beroſi fontibus;
us caelo nubibus saxa vomentibus,
am ſponſionibus mundi fallentibus.
Plus crede rabidis leonis dentibus,
urpyis effeſis dirum frementibus:
us venenariis fide ſerpentibus,
am mundi ſpoliis blandè ludentibus.
Quid celsa ſequeris? doloso culmine
tors ludit credulos fallaci ſtamine.
Quid longa memoras? in ipſo limine
ani corrues lufus imagine.

Nam quidquid ſeculo mortali naſcitur,
ſomento ſeritur, momento conditur;
ſomento panditur, momento clauditur;
ſomento erigitur, momento labitur.

Quid fidis rebori? ~~E~~ ſaxa corrunt;
et manus marmora prædura diruunt.
Quæ ſeclis ſteterant, ſcintillas metuunt.
Et imbreſ, chalybem, ferrumq; diluunt.

Quid annos numeras? momento rapimur;
Quid genus, proauos? momento morimur.
Quid opes? iudici ſiſtendi duçimur,
Et fors iam ignibus damnandi cingimur.
Quid arma exacutæ ſpe plenius optima?

Sudata

*sudata incudibus Aetnæis intima,
Mundiq; robora quæcumque maxima,
Opima corrunt inferni victima.*

*Quò Abner, Amasa, bellorum fulmina?
Quò Saul, Ionathas Iudæe lumina?
Memento maxima procumbunt culmina,
Dum cali sœuiunt prædura examina.*

*Quid arma proderunt, cùm nudi sistimur?
Quid minæ & animi? inermes cogimur,
Permitsti purpuræ sagq; voluimus;
Et tamquam cineres flammis commolimur.*

*Et tamquam furfures molis conterimur:
Fauillæ similes igni conuoluimus.
Et tamquam pluvia cælo depellimur:
Pænisq; immittibus terræ recondimur.*

*Ut aqua nubibus, sic terris fundimur,
Ut alga vilior, sic leues spernimur;
Ut pilæ cælitus mortales ludimur,
Et tandem valida fornace exurimur,*

*Flamarum stipula semper viuentium,
Prunarum cespites semper urentium,
Pœnarum somites non morientium,
Dolorum pabulum semper torquentium.*

II.

Emendationem non esse differendam
in mortem.

Quò fata properant prædura & asperat
Quò tela exacuunt, diraq̃ & effera,
Im tanta demetunt fulce præpropera,
Non sceptra recolunt, non auri pondera.

Non parcunt matribus, non caro pignori,
Non regum in posteris votino semini;
Non aviis, proaviis, non formæ, aut generi
Non sceptro aut opibus, non celso muneri.

Quem non conterreant præcelsa numina
uæ tanta conterunt calcantq̃ nomina,
Et ferè eruderant primæ germina?
Inesta degimus sic inter limina:

Cum mundi deprimunt velluntq̃ lumina;
Et vento paleæ deflantur flumina,
Superbi vertices altaq̃ culmina:
Redas è nubibus contorta fulmina.

Quid vita? vitrea quod gemma pensilis:
Et scenæ & niuibus, fumoq̃ similis:
Ac vix ficalneis æquanda peculis:
Aut vultu tenero qui ludunt oculis.

Cum telum admouet mors flecti nescia;
Et dolor occupat corda tepentia,

*Quid mens tum deligat factorum conscientias;
Et è sceleribus pænarum præscias?*

*Dum tempus patitur, locusq; fletibus,
Pulsemus Dominum densis gemitibus.
Non vota sileant accensa precibus,
Et tamquam mediis nata caloribus.*

*Ne serò doleas, cùm nullus luctibus,
Non locus lacrymis, sancti q; moribus:
Non pænitentius, votis, virtutibus,
Nullis suspiriis, curis, muneribus.*

*Cum reus steteris, flammis furentibus;
Pœnisq; innumeris circum freudentibus:
Nequidquam lacrymis seris cadentibus,
Aut à suspiriis votis calentibus.*

*Pro mundi illecebris, æternis ignibus,
Flammisq; sulphure & pice natantibus,
Quis vel fornacibus semper ardentibus,
Vel pruriens subiici velit carentibus.*

*Quis mundi inanibus captus crepundis
Æternum exulet lubens deliciis;
Æternum naufragis cælorum gaudiis;
Æternum numinis possessus oditis?*

III.

Perire quidquid h̄ic magnum est.

Qvō minæ Antiochi iraq; regias?

Vel

Amor diuinus.

33

Quò Sennacherib, castraq; Assyria?
Quò dicta Rabaces blasphema & effera?
Angua Nicanoris fallaxq; dextera?
Quò potens Tullius verborum flumine?
rum Demosthenes diues molimine?
Quò primus Latio Crispus acumine?
Plato cælitus edoctus numine?
Fæcunda Origenis quò nunc acuminia?
Afri rupea ionantis fulmina?
Quò flecti Calari ignara pectora?
ut Hos fortia tot annis robora?
Quò Phænicopteri Apic! fercula?
Eipi patina, murrhina vascula?
Quò Alcibiadis, Terquati pocula?
Iatansq; Assyrio cruore crapula?
Fæcunda Alcinor quò nunc pomeria?
ortiq; pensiles, Luculli prædia?
uripi, & montibus subducta maria?
el quò Polycratis fortuna Samia?
Quò Curi machina pendens Icaria?
Quò Scauri vitrea scena & marmorea?
Midæ fercula quò Regis aurea?
rona Marsyæ sperata laurea?
Quò Cay Lollia gemmato munere?
lata Arabico Poppea funere,
Euro quiæ solita iumenta sternere?
emmas Cleopatra consueta bibere?

*Vt bulla labitur quidquid hic nobile;
Vt flos, sic defluit quidquid amabile.
Vt umbra deperit quidquid optabile.
Nil firmum cogites, nil terris stabile.*

*Nulli te proaui, non parta gloria,
Non opes eximent, forma, scientia,
Non honos, robora, prudens solertia,
Non menti aut corpori concessa gratia.*

*Virtus sed unica terrores adimet,
Sola te gaudiis æternis inseret,
Hæc una gloriam pœnasq; dirimet,
Beabit præmiis, tormentis eximet.*

IV.

Intutam esse honorum &c dignitatum prærogatiuam multorum exemplo.

Quid auro, honoribus, sceptris extollimur?
Non pares nascimur, paresq; morimur?
Non pares media iuuentia tollimur?
Et cursu propero fortunæ pellimur?
Non pares sanguine, paresq; tempore?
Non pares anima, paresq; corpore?
Non pares pretio, Christiq; vulnera,
Fortunæ impares si simus munere?
Quò Regum Salomon primus prudentia?

Sampson Dalilæ captus dementia?
 ut Hemor fatua lusus fidentia?
 cunctos superans Xerxes potentia?
Quò Cyrus pallio cinctus coccineo?
Quò Physco rutilans theristro gemmeo?
Quò Splendens balteo Darius aureo?
 Diues habitu nitens purpureo?
Quò Cræsus insolens fidens diuitiis?
Quò dirus Hannibal ferox victoriis?
Quò magnus Macedo, Persarum spoliis,
 ec orbus maximi satur exuuiis?
Quò Sylla madidus ciuili sanguine?
 Caesar gladiis raptus ceu turbine?
Quò tectus Africo Pompeius cinere?
 el Crassus Parthico delusus puluere?
Quò Nero, Clavius, Heliobalus?
 alba, Caligula, Otto, Vitellius?
Quò Verus, Pertinax, Valens, Magnentius?
 albinus, Maximus, Piso, Leontius?
Quò Reges reliqui, tot magna nomina?
Quò duces, Principes, terrarum Numinis?
 Momento citius clauduntur lumina,
 Nec parcunt generi Parcarum stamina.
 Aeterna cogites, ignes & præmia,
 Aeterna contue, flamas, & gaudia
 Alterna delige. Stat parta gloria,
 Sunt pœna: & nemini patent effugia.

V.

Infelici plurimum Regum magnorumque
exitu purpuram sceptraque doce-
mur contemnere.

Qui Reges numeras terrarum lumina,
Qui duces uelytos bellorum fulmina:
Funesta prospice regnorum culmina,
Incerta purpurae fallacis omina.

Quo Remus, Romulus, Sextus Tarquinius?
Quo Titus Tatius, Tullus, Hostilius?
Vel Ancus Marcius, Seruusq[ue] Tullius?
Priscus, Hercules, Drususq[ue] Minlius?

Quo Gracchi, Melius, Seianus, Marius?
Quo Cato, Regulus, Carbo, Licinius?
Ruffinus, Cassius, Brutus, Antonius?
Gallus, Copronymus, Phocas, Alexius?

Siluanus, Lentulus, Constans, Sertorius?
Quintillus, Didius, Probus, Demetrius?
Carinus, Tacitus, Leo, Valerius?
Macrinus, Comodus, Carus, Procopius?

Comnenus, Nicias, Celsus, Constantius?
Agius, Miltiades, Zeno, Decentius?
Traulus, Leonidas, Syphax, Aetius?
Conon, Themistocles, Dion, Isacius?
Achilles, Hercules, Hector Numanticus,

Tigra.

ranes, Phocion, Pyrrhus, Britannicus?

uitus, Michaël, Thomas, Philippicus?

desus, Pausanias, Glycas, Isauricus?

Lucullus, Lepidus, Lysander, Lucius?

unfredus, Vitiges, Massa, Parthenius?

brera, Stilico, Silanus, Flavius?

ilippus, Datamis, Brocas, Abblauins?

Omnes Domestica, aut hostili corruunt

anu præpropera, ferrōve incereunt;

Cut duro exilio, aut veneno concidunt,

orteq̄ inglori funesta pereunt.

Hæc sceptris gloria daturq̄ purpura:

æc auro & opibus; fatali murmure

ostili ut posteros funestent vulnere:

lati barbare & cruento funere.

Morte pars minima pacata concidunt,

Torte pars maxima funesta concidunt.

Qui tela nesciunt, mœrore percunt,

cel lenta sanie, tabeq̄ corruunt.

Quò tendis animum? cum magna memoras,

in ses, exilia, venena præparas;

iunes, equuleos, secures comparas,

Multorum odia, pœnasq̄ innumeratas.

Honores prouocant? ignes præpediant.

Voluptas allicit flammæ te terreant.

Opes te pertrahunt? pœnae te retrahant.

Aeterna prouidi tormenta metuant.

Qui sceptra numeras, recense vulnera.
Qui bella & aquilas, prospecta funera.
Qui castra & oppida, metire tempora.
Et post hæc ignibus damnata corpora.

Tam magno luitur, quod breui transuolat,
Vix plumas contines; & corpus euolat.
Quod flammis uritur momentis auolat.
Has flamas sapiens æternas recolat.

Momento purpura sceptraq; transeunt.
Momento gloria, formæq; percunt.
Nulla te postera tormenta deserunt,
Nusquam carnifex, flammæq; deerunt.

VI.

Divitiarum contemptus æternitate
proposita.

Quid regna sequeris per alta maria?
Quid mundi prodiga captas donaria?
Non tamquam noctibus sudata somnia,
Sic ista defuunt, & cinis omnia?

Quid domos exstruis, lataq; prædia?
Non illa corruunt iuuenta media,
Ut actor fatua fias comœdia,
Vel saeva nobilis scena tragœdia?

Quid vasta nemora, quid agros cumulas,
Quid ædes ædibus regnorum æmulas?

venti tumidas dispellunt nebulas,
annis has perimunt terrarum papulas.
Quid hortos pascuis fontesq; accumulas?
uid rupes montibus vallesq; vinculas?
ihas posteritas enarret fabulas,
ortunæ vomitus, funestas crapulas?

Quid lacus, flumina, torrentes numeras?
uid castra & oppida, sceptrag; memoras?
um Crœsus opibus Midasq; superas,
Non ad supplicia flammag; properas?

Quò fatiscentia frumentu horrea,
lassata fructibus grata pomæria,
pressaq; pondere prædines area,
spondentq; tempora tot votis paria?

Autumno mustea quid torcularia,
Quid nouo grauida lâcte mulctralia,
Vel quid gementibus tectis granaria,
Non scelus accuunt, non tribunalia?

Non tela exasperant minarum igneas?
Aut non incendia pascunt sulphureas?
Dira materies lignorum picea,
Infelix posthuma flammarum palea.

Hac nocte aut citius tolletur anima.
Quid spes tunc proderunt vota q; inania?
Succedunt commodis tormenta immania.
Luenda, ô nimium magno! vesania.

Cum solis ignibus lingua potabitur:

Cum flammis, sulphure, pice cœnabitur.
Stillansq; digitis gutta negabitur:
Nec quidquam precibus fusis donabitur.

Non anni reduces, non vita dabitur.

Quæ cursu properans cita dilabitur:
Quis flammis miseris cinctos solabitur,
Cum natis lacrymis crimen piabitur,
Quibus tunc viribus mens roborabitur,
Cum tantis ignibus nec gutta allabitur?
Cum sola pietas cælo locabitur?
Sola deliciis cæli rorabitur?

O nimis fatua vecorsq; vanitas!
Cuius tam fuitiles leuesq; semitas
Infelix sequitur momento æternitas;
Flammisq; indomita dira crudelitas.

Infausta ô nimium mundi felicitas,
Fallaxq; nimium amœna amœnitas,
Tam breui laberis. seuq; æternitas
Succedit miseri. ô dura æternitas!

Cum gutta mediis negatur ignibus,
Negatur mediis aqua fornacibus,
Æternum medy prunis ardentibus
Voluntur miseri flammis urentibus.

VII.

sugua eorum quæ seculo sperari possunt,
iudicio & pœnis propositis.

Eoecunda diuiti quid dabunt prædia?
Sudata noctibus dieq; studia?
Quid ingens Domino parta pecunia?
Quid fasces, purpura, sceptraq; regia?
Cum telum iugulo mors cita admouerit;
Iudex sententiam supremus tulerit;
Ignesq; in domiti flammaq; steterit;
Spesq; omnis animam salutis fugerit?
Cum saeva æternitas mundo insonuerit,
Summiq; iudicis vox intonuerit,
Et omnis validus mente exhorruerit,
Terraq; pedibus subducta fuerit?
Tortorum millia cum circumsteterint,
Testesq; innumeri parte omni cinxerint,
Spem fugæ aut veniæ cum cuncta clauerint,
Mentemq; crimina factaq; impulerint?
Cum flamas oculi furentes viderint,
Ignesq; dæmones flamasq; admouerint,
Cum picem, sulphura, tormenta senserint,
Quicumque cælitus damnati fuerint?
Quid auri proderunt congesta pondera?

Quid

Quid Regum, Principum, magnorum munera?
Hortiqz, pascua, fontesqz, nemora;
Inter saevisima tortorum verbera?

Quid Venus, pocula, mensaqz dederint?
Quid noctes lusibus insomnes iuuerint?
Cum cantus, gaudia, risusqz euenerint,
Et post perpetuæ flammæ successerint?

Quid longa series annorum faciet?
Quid genus, proavi, formaqz, pariet?
Quid sceptris, purpuræ, regnoqz eueniet,
Cum ignis efferus aternum sauiet?

Quid magna proderunt scripta volumina?
Lassata sepius quid docta limina?
Quid versus nobiles librorum lumina,
Si feruet ignibus æternis anima?

Quid plena pulpita verbis sonantibus,
Farta sententius altè tonantibus,
Densa lacrymis ora manantibus?
Si membra validis torquentur ignibus?

Quid ampla imperia lassata cædibus?
Quid lata maria defessa cladibus?
Quid campi & oppida diuulsa ciuibus,
Cum præda fueris æternis ignibus?

Quid numquam spolia fitim sedantia,
Hostili sanguine prata natantia,
Cruore immerito regna sudantia,
Cum loca senseris flammis furentia?

Quo

Quò bellī dubius quò ferox exitus,
festis aquilis traducti exercitus,
Quò furor martius terris indomitus,
um tortor sœriet ignis perpetuus?

VIII.

Magna ferè ruinæ proxima esse, & ter= nare humilia.

Qvicelsa sequitur, prærupta metuac,
 In summo vertice ni modum statuat,
 Prolapsu celeri necesse corruat,
 Cum moles imminens incertos obruat.

Lapsus ex humili planoq; tuncior,
 Cum è præcipiti ruina grauior.
 Ex alto durior, planoq; mitior,
 Alto frequentior, planoq; rario.

Sic summi vertices tanguntur fulmine,
 Quamuis prævalido cincti munimine:
 Superba pectora calcantur numine,
 Quantumuis callido tecta molimine.

Sic altas arbores venti præcipitant,
 Duraq; robora momento exaudicant:
 Celsaq; rabiem ventorum prouocant,
 Accendunt animos, minasq; exasperant.

Virgula tenera cum Noti quatunt,
 Aut Aquilonibus lentata proruunt,

*Stant fixa sedibus, irasq; combibunt,
Nec saeuam rabiem, minasq; metuunt.*

*Sors dura, & aspera magnorum æmula:
Magnorum inuida, diraç; facula,
Futuri generis infamis macula,
Cum regnum sistitur fatorum famula.*

*Cum summo vertice momento labimur;
E primo culmine momento pellimur:
E summis opibus momento excindimur:
E celso munere momento excutimur.*

*Cum flore medio fracti depluimur,
Iuuenta media rapti protrudimur,
Mundiq; gaudiis viles proscribimur,
Regnoq; medio sceptrisq; euertimur.*

*Ut flores pampini, baccæq; excutimur,
Ut vento folia concussa spargimur,
Ut denso arundines imbre propellimur,
Ut Euro palea subacta rapimur.*

*Aeternis animos tepentes erigas,
Aeternis noxia cordi submoueas,
Aeternis præmia mundi discutias,
Aeternis pristina moresq; corrigas.*

*Aeternum ut Numini coniunctus gaudeas
Quæ mundus munera promittit fugias.
Aeternum corpore, mentéq; ut valeas,
A carne, honoribus, auroq; caueas.*

Aeternum ut ignibus flammisq; careas;

Densiss

densis gemitibus peccata delcas:
eternum ut animum pœnis eripias;
e carni fragili, mundoq; pareas.

IX.

Eternam pro breuibus pœnis remunera-
tionem manere, Virginum doce-
mur exemplo.

OVm sauit Africus, tunc rosa rutilat;
Et Austro viola perflante purpurat:
t Eurus lilia prona dissuauiat,
is nulla eroborat, nec ulla exanimat.

Dum feruet carnifex, exsurgunt Barbaræ:
ecantur ubera, clarescunt Agathæ.

Dum fumant balnea, surgunt Cætiliae.

Dum tela depluunt, nascuntur Ursulae.

Tauro Phalarico splendet Pelagia.

lammis, exilio triumphat Flavia:

incis, equuleo, cruceq; Eulalia:

irgis, pectinibus, flammis Frebonia.

Rotis, sartagine, vinclis Euphemia:

edis ardentibus, fuste Serapia:

elle, craticula, ferisq; Maxima:

ecuri & oleo feruenti Eulampia.

Lucia gladiis, & Agnes ignibus:

christina lacubus, flagris, fornacibus:

*Susanna variis torta securibus:
Cruce & lampadibus Firmina ardentibus.*

*Has Christus gloria cœlesti munerat,
Has sponsas stabili nexu consociat.
Ex sexu fragili triumphos numerat.
Cæloq[ue] ex humili coronas duplicat.*

*Profuso sanguine æternum purpurat.
Pro casto pectore æternum sociat:
Pro momentaneis æternum pignorat.
Pro ferro & ignibus æternum roboret.*

*Æternis gaudis paceq[ue] inaugurat.
Cæloq[ue] lucidas stellas commemorat.
Pro vita labili æternum animat.*

*Pro pœnis brevibus æternum recreat.
Maritat humiles donis cœlestibus.*

Maritat tumidos æternis ignibus.

Amicat teneras primis virtutibus.

Lassantur validi magnis sceleribus.

*Qui speras maxima, cœlos inambula.
Ut parua referas, mundum perambula.
Quid sunt hæc aliud quam cœli famula,
Vel tamquam vitrea commissa pocula?*

X.

Comparatio rerum seculi huius &
alterius.

Quid terræ portio puluisq; extolleris?
Non nudus utero matris effunderis,
nudus visceribus terræ reconderis,
et duro iudici damnandus sis teris?

Quid fidis seculo? stat prona æternitas.
Una spe deluderis? stat firma æternitas.
Quid fugam cogitas? stat certa æternitas.
Nuoquo te flexeris, terret æternitas.

Benis hic fruimur? ibi igne exurimur.
Somento fruimur? æternum vrimur.
Onus hic pascimur? ibi ignes patimur.
Somento pascimur, æternum patimur.

Quis pro his opibus tormenta deligat?
Aro mundi gaudis diuina negligat?
Aro mundi honoribus cœlestes abigat?
Aro tam fugacibus quis flamas eligat?

Sirenum vocibus quis aures præbeat?
Quis ignes cogitans terrena voleat?

Aeterna prouidens non mente paueat?
Flammasq; contuens non totus horreat?

Felix qui potuit opes contemnere,
Prudens qui gloriam concessam spernere,

*Fortis qui munera mundi respuere,
Aeterna præmia doctus eligere.*

*Mundi qui negligit promissa præmia,
Aeterna breuibus mercatur gaudia:
Mundi qui sequitur promissa præmia,
Aeterna breuibus commutat gaudia.*

*Hæc voluas animo. stat certa æternitas:
Flammarum crucians tristis æternitas:
Cælorum recreans felix æternitas.
Memento medium, utrumque æternitas.*

*Honores fugiunt, manet æternitas.
Aurum te deserit, manet æternitas.
Caro dilabitur, manet æternitas.
Et protam vilibus, tam sœua æternitas.*


*Pro tam fugacibus, immensa æternitas:
Pro tam fallacibus, tam vera æternitas:
Pro tam fragilibus, tam dura æternitas:
Et pro tam breuibus, eterna æternitas.*

*Quis protam breuibus eterna deligat?
Quis ignes, sulphura, flaminisq; intelligat?
Quæ sœua æternitas eternum colligat?
Nullaq; æternitas eternum mitigat?*

*O dura nimium pœnarum æternitas!
O sœua effera flammarum æternitas!
O cruda nimium, longaq; æternitas!
Finemq; nesciens eterna æternitas!*

FINIS.

MONACHII.
Ex formis Annæ Bergiæ viduæ.



buc pud Raphaelem Sadelerum Iconogra-
phum Dualem venalis.


ANNO M. DC. XVII.


ПІДАЙОМ
зубів зігри віні зір від





зубів зігри віні зір від


зубів зігри віні зір від











ZODIACUS
CHRISTIANUS

MEMORARE
NOVISSIMA

FALCONIA
ET ALIORUM
CENTONES.





